








MENSIS

CHRONOLOGICUS
R.P. FRANC. WAGNER

è Soc. JESU, AA. LL. & Philo-
sophiæ Doctoris, nec non in Antiquis-
sima & Celeberrima Universitate Viennensi

publici Historiæ Professoris

Vulgatus, & distributus

Dum

In Archi-Ducali, & Academico

JESU Gymnasio

L A B A C I,

Philosophicas Assertiones
publicè propugnaret

Eruditus, ac Perdoctus Dominus

PRIMUS LAURENZIZ,

Carniolus Vippacensis,

PRÆSIDE

R.P. JOA. BAPT. MAYR

è S. J. AA. LL. & Phil. Doctore,

ejusdémque Professore emerito,

A. M DCCXXVIII. Mense

Die

GRÆCIJ, Typis Hæredum Widmanstadij.

PRÆNOBILI,

AC

GENEROSO VIRO,

DOMINO

FRANCISCO

GEORGIO

MARKHOVITSCH,

*Sacræ Cæsareæ Regiæque
Catholicæ Majestatis*

In Inclyto CARNIOLIÆ
Ducatu supremo Cæsareorum
Vectigalium

QUÆSTORI &c.

*Domino, ac Patrono meo
plurimum colendo.*





DRŽAVNA
LIBEJSKA KNJIŽNICA
V LJUBLJANI

PRÆNOBILIS AC GENEROSE
DOMINE.

LIceat per humanitatem tuam libello
huic ad te divertere; cui, cū spes
hospitiū ferē omnis sublata fuerat, tu diver-
sorium ultro obtulisti. Est nempe hæc
propria tibi, Prænobilique stirpi tuæ dos,
sincera erga omnes Comitas, non verbis
adornata, sed operibus insists. Prædi-
cent alij alia in te decora: extollant eam,
quam Ferdinandus Archi-Dux, Roma-
norum postea Imperator, in Avis tuis
commendavit constantem fidelitatem,
laudent utilissima obsequia, Regnatricis
Austriadum Familiæ, Patriæque com-
modis consecrata. Suspiciant veteres in
te genuinæ Nobilitatis honores; quos idem
Ferdinandus Archi-Dux, suis olim à
Majoribus Markhovitschiano Nomini
dudum concessos, anno æræ Christianæ su-
pra Millesimum Sexcentesimō secundō,
novo diplomate, novis armorum insig-
ni-
bus, novo Nobilitatis authoramento,
Equestris nimirum dignitatis præroga-
tivā locupletavit, & auxit. Hæc in-
quam, alij prædicent: omitto (quod jus-
sisti

fisti) hæc aliâque decora tua exornare ;
majus aliquid hîs omnibus in te colens ,
scilicet Germanum illum animum tu-
um , verbô teipsum. Quod dum dico ,
nihil ultrâ de tuis laudibus adjicio : sto
pactis , fidem libero. Id unum addere non
vereor ; me , dum Mensi Chronologico No-
men tuum præfigo , seris unâ Sæculis id
transcribere. Augebit certè exilis hic libel-
lus Bibliothecas : & dum Augustanæ ico-
nes fumosis nubibus obductæ , aërisque in-
clementiâ oblitteratæ igne fors abolebun-
tur ; erit adhuc , qui Mensem hunc post
sæcula è scrinio indemnem eximat , tuoque
Nomini , siquid ex eo eruditionis hauserit ,
referat in acceptis. Multum sanè se tibi
debere fatebitur Nobilis Patriæ Juventus ,
hoc Historiæ compendiô per te locupletata :
tuâque mecum seri Modernorum Nepo-
tes munificentiam deprædicabunt ; cui
dum me perquam obstrictum profiteor ,
Annos , & Menses , vel de meis etiam tibi
à Deo adjiciendos & auguror , & exopto.

Prænobilis , ac Generosæ
Dominationis Tuæ

Clientum infimus

PRIMUS LAURENZIZ.



ASSERTIONES
EX
UNIVERSA
PHILOSOPHIA.

- I. **L**ogica est Scientia simplici-
ter Practica :
- II. Ejus objectum materiale sunt
Intellectiones , Formale Re-
ctitudo, Attributionis opera-
tio recta.
- III. Identitas per Aristotelem
est unitas Metaphysica essen-
tiæ ;
- IV. Distinctio, alietas constitu-
ta per duo ;
- V. Scotistica & Virtualis intrin-
seca non datur.
- VI. Possunt fieri præcisiones
objectivæ in substituto phan-
tasmate.
- VII.

VII. Universale habetur solùm
per Intellectum objectivè
præscindentem,

VIII. Quod manet in actuali
prædicatione.

IX. Ens perfectè præscindit à
differentiis suis contrahenti-
bus, & vicissim,

X. Relatio constituitur etiam
per terminum,

XI. Veritas quæcunque per
actum & objectum ;

XII. Determinata quoad se da-
tur, de futuris contingentibus.

XIII. Propositio vera, supposito,
quòd duret pluribus in-
stantibus, necessariò transit
in falsam:

XIV. Non potest autem transi-
re de falsa unquam in veram.

XV. Idem indivisibilis actus po-
test

test procedere ex motivo
scientiæ, fidei, & opinionis.

XVI. Datur Materia prima, ha-
bens existentiam propriam:

XVII. Potest spoliari omnibus
formis substantialibus super-
naturaliter;

XVIII. Quas appetit æqualiter:

XIX. Plures possunt informare
divinitus eandem materiam.

XX. Unio, Ubicatio, Duratio,
sunt modi superadditi.

XXI. Dantur etiam Rationes
Seminales compositæ ex Ma-
teria & Forma.

XXII. Modus ad modum in ea-
dem linea specifica.

XXIII. Ubicatio circumscripti-
va indivisibilis.

XXIV. Duratio perseverans es-
sentialiter in tempore divisi-
bili.

XXV. Actio in distans,

XXVI. Productio sui ipsius
etiam quoad secundum esse,

XXVII. Potentia obediencialis
cujuslibet ad quodlibet: Im-
plicant.

XXVIII. Possibilis tamen est na-
turaliter duplex actio tota-
lis;

XXIX. Et actio ejusdem in se-
ipsum.

XXX. Vacuum separatum da-
tur;

XXXI. Terminatum aut disse-
minatum possibile est solum
supernaturaliter,

XXXII. Uti & Replicatio, aut
Penetratio Corporum.

XXXIII. Ubicatio nec Divini-
tus replicari potest.

XXXIV. Essentia realiter non
distinguitur ab existentia.

XXXV.

XXXV. Negationes rerum in se nihil omnino sunt.

XXXVI. Implicat Infinitum Categorematicum creatum ;

XXXVIII. Continuum componitur ex partibus formaliter indivisibilibus, virtualiter suo modo divisibilibus simpliciter finitis.

XXXIX. Mundus non potuit existere ab æterno.

XL. Astra moventur activè ab intrinseco, directivè ab Intelligentiis.

XLI. Sol est formaliter igneus.

XLII. Intensio qualitatum habetur per additionem graduum specificè homogeneorum.

XLIII. Rarefactio per immisionem corpusculorum alienæ materiæ,

XLIV.

XLIV. In Mixtis perfectis elementa sunt solum virtualiter.

XLV. Gravia gravitant in loco proprio.

XLVI. Successio animarum non datur : Anima rationalis est naturaliter immortalis.

XLVII. DEUS non prædeterminat Physicè,

XLVIII. Nec connectitur cum possibilitate intrinseca creaturarum.

XLIX. Solus & unicè creare potest :

L. Cujus existentia demonstratur ex omnibus , quæ facta sunt,



AUTHOR AD LECTOREM.

Volitant passim Historia, Geographica, Chronologica molitiuncula, Compendia, Nuclei, Faces, Introductiones, &c. libelli non inutiles, seu acuendo per talem promulsidem Juventutis gustui, seu ijs, quæ diutinâ lectione exhauseris, unâ velut sorbitiunculâ regustandis. Ne & meam hanc, non hoc animo captam opellam protrudere verer, inde adductus, sum, quod ut libelli hî uno in loco, & numero non maximo dividuntur, ita Ephemerî velut flosculi oriantur, & occidunt; nec aded nihil agat, qui prioribus inter multorum manus facile vanescentibus recens natos suffecerit. Quin & placebam mihi in hac Methodo meâ, quam non cogitatione & conjecturâ, sed usu ipso discentium memoriæ firmandæ mirè accommodam animadverti. Si domestici Institutores Nobilibus suis Adolescentibus hanc viam tot veluti Hermis distinctam præverint, ausim spondere nec opera, nec temporis magni, maximum pretium celeriter relatu-
 Ad Chronologicas tricas ne adij
 qui-

quidem. Dum enim unum quodpiam
Systema, firmum & immobile constituas;
quodvis fuerit, usum in Historiæ Lectio-
ne eundem præbet. Ego ad Brietij anna-
les me alligavi simpliciter, cujus Chrono-
logia melioribus, uti ego quidem existi-
mo, Principiis Authoribusque, nixâ,
tantâque tum Copiâ, tum puri acuti-
que sermonis lepore conscripta est, ut unus
propè sit in manibus, unus omnium, qui
in eodem opere antè versati sunt, famam
planè obruerit. In metiendis Syllaba-
rum temporibus parum religiosus, omni
Mnemosyni Carminis licentiâ largiter
usus sum. Quid Hornio idem olim agen-
ti debeam, quid adjecerim, cum hæc ad
illum contuleris, ipse arbitrare: Si tri-
ginta lectionibus rem confici posse despe-
ras, seca, partire ad Discipuli modulum,
ut libet. In Romanam Historiam im-
mersi me altiùs, quod Juvenes, nisi hæc
leviter aspersi Ciceronis lectionem pro stra-
mine imo cruciatu habent. In cæto-
ris quæ dissero, ita brevis ero, ut ne
exuccus tamen sim. Salve,
experire.

UNIVERSÆ HISTORIÆ CHRONOLOGIA.

PARS PRIMA.

Historia Vetus.

UNiversæ Historiæ Lectionem aggressuro in Geographiæ aut Chronologiæ vel rudi notitia magnum adjumentum esse periti omnes consentiunt. Illa locorum, hæc temporum rationes designat; utraque Lectionem tum jucundiorē, tum & memoriam fideliorē præstat. Geographia uti suavissima, ita nullius ferè est operis, crebriorēque tabularum contemplatione, libellorum qui vulgo circumferuntur, levi volutatione velut ab aliud agente, vel per tempusculorum præsemina facile addiscitur.

Chronologia & usûs majoris & tædij, & laboris est. Ut tuæ partem operæ in me reciperem, ab fa-

stidio te defenderem, industrias paravi nonnullas, quæ si in magni itineris Ducem sumere me volueris, non incommodè uteris.

L E C T I O I.

Epochæ Generales.

AD firmandam in tanta rerum multiplicitate memoriam plurimum confert tum epocharum Generalium notitia, tum Historiarum particularium in certas quasdam Periodos divisio.

Quid rei sunt epochæ? Resp. Sunt certa quædam tempora seu temporum cardines, è quibus pendeant, ad quæ referantur cætera, in quibus immoretur & insistat Chronologus. Unde *Epokyn inhibitio* dicitur, velut quæ in certos limites includat, contineâtque Historicum.

Quot hujusmodi Epochis Historia Verus distinguitur? Resp. Statui possunt pro arbitratu. Sacræ sunt aliæ, aliæ profanæ, quarum si lubet præcipuas afferam.

Enumera Sacras. Resp. Harum undecim statuo.

- I. Diluvium Anno 1656.
- II. Confusio linguarum 1878.
- III. Abrahami Natales 2039.
- IV. Israël's Introitus in Ægyptum 2329.
- V. Ejusdem Exitus 2544.
- VI. Regnum Saulis 2962.
- VII. Templi Fundamenta 3023.
- VIII. Captivitas Judæica 3446.
- IX. Hujus Solutio 3516.
- X. Templum ab Antiocho Epiphane devastatum, & Machabæorum Initia 3886.
- XI. Christi JESU Nativitas 4053

Tenesne, quæ aliàs memoriæ mandâras, mnemosyna seu memorialia Carmina? Resp. Teneo ita, ut ab nulla unquam oblivione metuum.

Epochæ Sacræ 2di An. Millenarij.

Diluvium mill. sexcent. quinquagesime sextæ.

Lingua mill. octingent. septuagesimus octo.

Tertij Millenarij.

Natales Abrahæ bis mille novem atque triginta.

Isodos in bis mill. tercentis undetriginta.

Exodos in bismill. quingent. quatuor quadraginta.

Saul bis mill. nongent. cum sexaginta duobus.

Quarti Millen.

Ter mill. viceni tres dant *Salomonica Templ.*

Ter mill. quadringent. quadragint. sex *captus Iudas.*

Ter mill. quingentis sedecim fit *liber Iudas.*

Ter mill. octingent. sex octuagint. *Sacra vastat.*

Mille quater tres quinquaginta. —
CHRISTUS JESUS.

Probè. Profanas item percurrere? Resp. Hæ Græcæ ferè sunt & Romanæ. Nam cæterarum gentium res alta caligine horrent. Græcæ (quibus barbaræ accensentur) hæ ferè sunt.

I. Belus minor, seu initium Im-	
perij Affyr.	An. 2682.
II. Troja everfa.	- - 2870.
III. Initium Imperii Babylo-	
ni.	- - - - 3178.
IV. Initium Olympiadum	3278.
V. Cyri Imperium Perficū	3516.
VI. Fuga Xerxis.	- - 3575.
VII. Bellum Peloponefium	3623.
VIII. Alexandri Imperium	3724.

Epocha Græca.

1. ReX BeLVs Afllrlls InVenIt
CoMMoDa IVra.
2. HeV fLete eXCIDIVM trolæ
MIserabiLe Vates.
3. DeICIt Afllrlls phVLVs, aC
babiJLona BeLoChVs.
McDos arbaCes. sarDanapaLe
VaLe.
4. gentI argIVorVM CertamIna
oLIJMplCa fIVnt.
5. EXCIsIs MeDIs DêhInC persI.
Ce Clre MonarCha es.
6. Marte fere Desperato Mortem
fVge XerXes.

7. IMMInVVnt DIscors se MV.
tVò spartha & Athenæ.

8. InseqVlt Vr posthInC MaCeDo
perfaMqVe trlVMphat.

Romanas item enumera. Resp.

I. Vrbs condita 3301.

II. Regifugium 3545.

III. Roma à Gallis capta 3664.

IV. Bellum Samniticum 3711.

V. Bellum Punicum II. 3836.

VI. Bellum Mithridaticum 3960.

VII. Augusti Imperium 4023.

Epochæ Romana.

1. HOc aCer RoMaM Mars In-
Choát anno.

2. EXtreMVM Regem Vt DeXtrè
tV BrVte fVgabas.

3. RoMaM Brenne MoVes, Capl-
toLia & IgnibVs arDent.

4. Vrbes saMnltVM DebeLLat
RoMasVperbas.

5. beLLVM pVnICVM habes
Vrbs fortVnata seCVnDVM.

6. ConflicIVnt RoMaM Lentè
MithridatIca beLLa.

7. RoManVM IMperIVM AVgVsti
Ve-

*Veteris Ecclesiasticae Historiæ
Chronologia.*

Vetus Ecclesia Universalis 4. Mil-
lenarios Annorum comple-
ctitur: Primi duo Millenarij cum
dimidio tertij Patriarcharum æta-
tem. Tertii dimidium cum quarto
Populi electi Historiam continent.

L E C T I O II.

Tres Patriarcharum ætates.

Quid de Patriarchis ais? Resp.
Eos in tres Ordines seu æta-
tes divido; in Ante-Diluvianos,
Post-Diluvianos, & Abrahami po-
steros.

Recense Ante-Diluvianos, Resp.

*Primus Adam, Seth, Enos, Cainam,
Maleleel Jared,*

*Henoch, Mathusalem, Lamech, Noë
Cenditor Arca.*

*Caini Posteris præteris? Resp. Præ-
cipuè memorantur Jabel tentorio-
rum, Jubal Musicorum modulorum,
Tubalcain ferri in arma conflandi
Inventores. Cainitæ cæteri ab
Adami præsertim morte in omne*

nefas effusi labem suam per promiscua connubia in Sethitas hætenus pios intulere; inde enati gigantes, quorum libidines Diluvio denique restinguendæ fuere Mundi 1656.

Enumerato & Post-Diluvianos. Resp. Sem, Arphaxad, Cainan, Sale, Heber dat nomen Hebrais

Phaleg, Reu, Sarug, Nachor, Genitor Thare Abrami.

De horum ætate quid memoras? Lustrati per aquas orbis primâ divisione Semo Asia; Chamo Affrica, Japhe-to Europa obtigit. II. Turris Babel (Linguarum confusione dein abrupta) & Nembrodi Imperium conditur An. 1878. Idololatria Sarugi ætate & Tharæ operâ latè invalescit.

Quinam sunt tertiæ ætatis Patriarchæ? Resp. Abrahamus Credentium Pater, Isaacus, Jacobus dein Israël dictus; è quo filii duodecim in populum magnum per totidem tribus divisum excrevere. Cæteros ad Davidem & ultra dabis, ut prætermittere liceat.

Quid

Quid his duodecim Patriarchis factum ? Resp. Memorabilis est *Introitus* in *Ægyptum*, quam annonæ causâ petiêre, à *Josepho Fratre* benignè habitî, à posteris *Pharaonibus* acerbissimè divexati, duram servitutem non nisi per inusitata prodigia evasêre.

Quot annos omnis hæc Patriarcharum ætas conficit ? Resp.

Prima ad Diluvium, quos dixi, conficit annos.

Altara ad Abramum tres octaginta trecentos.

Tertia ad Introitum Ægypti nonaginta ducentos.

Exitus evenit post quinque decem atque ducentos.

Israëlitici Populi Historia.

HEBRÆUS Populus (si rotundo numero utamur) quingentis primis annis *Judices*, quingentis *Reges*, quingentis denique *Pontifices* habuit.

Cuperem hæc mihi distinctius exponi ? Resp. Varias gubernandi for-

mas subiit populus, *Theocratiam* quasi Divinum Regimen sub Judicibus, *Monarchiam* sub Regibus, *Anarchiam* per Captivitatem Babylo-
nicam, *Hierocratiam* sub Pontificibus, *Polemocratiam* quasi militare Regimen sub *Machabæis*. Inde Historiam hanc omnem in totidem *Periodos* partior.

PERIODUS I.

Judicum seu Theocratia.

Judices ita rerum potiebantur, ut non Senatum modò, sed gravioribus in rebus DEUM consul-
rent, & ex ejus Oraculis Rempubli-
cam gererent.

Quid de hac Periodo affers ? Resp.
Ducitur ab exitu ex Ægypto nem-
pè A. 2544. ad primum Regni Sau-
lis, qui fuit An. 2962. Estque hæc
Judicum Historia multis Chrono-
logicis difficultatibus implexa.
Eorum hæc sunt Nomina.

*Moyſes, Joſue, Othoniel, Aod, Debora
victrix,*

*Gedeon, Abimelech, Thola, Jair, Je-
phthæ & Abesa,*

Abialon, Abdon, Samſon, Heli, Samuel &

Quid hæc ætas memorabile suggerit?

Resp. Judæi ab vicinis populis multis calamitatibus affecti, sexies servitute oppressi, toties fortium Ducum virtute in libertatem se asseruere. *Prima servitus* sub Chusano Mesopotamiæ Rege discutitur ab Othoniele An. 2631. *Secunda* ab Eglone Maobitâ, qui vincitur & confoditur ab Aodo An. 2669. *Tertia* sub Jabino Syriæ Rege, cujus Duce Sisarâ per Deborah profligato, per Jafelem fortissimam foeminam perfoffis clavô temporibus cæso, libertas recuperatur An. 2741. *Quarta* sub Madianitis Gedeonis illustri victoriâ depellitur An. 2768. *Quinta* ab Ammonitis per Jephthen. *Sexta* à Philistæis per Samsonem discussa.

Quot annorum est hæc Periodus?

Judex per quadringentos ac octodecim annos.

PERIODUS II.

Regum seu Monarchia.

POpulus, seu Infirmo Judicium
A 6 præ-

præsidio diffusus, seu vicinarum gentium exemplo Regem à DEO petit, & Saulem impetrat.

Quo anno? Resp. Supra dixeram 2962. Successit David pietate, Salomon sapientiâ insignis. Stolidus Roboam centesimo prope ab Saulis creatione anno decem à scribis abalienavit, quæ Jeroboam rebellionis Authorem Regem sibi ascivêre. Illud Regnum *Juda*, hoc *Israëlis* dictum.

Juda Reges pereense Resp. *Abias* Roboamo Parenti similis, *Aza*, *Josaphat* præsentî uterque pietate, *Ochusias*, non malus, *Athalia* hujus Uxor Baalis cultrix, pessima fœmina. *Joas* probus, & templi Instaurator, *Amasias*, *Ozias* magnæ Religionis, *Joatham* probus, *Achaz* Improbus, & infelix. *Ezechias* pietate Sennacheribi victor, *Manasses* optimi patris pessima proles, captus à Merodaco ad bonam mentem redit. *Ammon* impius, *Josias* Religiosus admodum, nec tamen felix.

Joachaz

Joachaz in Ægyptum abducitur, *Eliacim* item Ægypto tributarius. *Joacim* à Nabuchodonosore Babylona abducitur. *Sedecias* intempestiva rebellione neglectis Jeremiæ Prophetæ Consiliis sibi regnóque exitium conficit, eodem ab eodem cum populo in captivitatem abreptus An. 3446.

Israëlis quoq; Reges compendio enarra Resp. *Nadab* paternæ Jeroboami impietatis hæres. *Baasa* Nadabi & Prophetarum sanguine cruentus. *Ela* à Zamri cæsus. *Amri* Samariæ Conditor, *Achab* Jezabelis maritus Regum Scelestissimus, *Ochofias*, *Joram* paterna vestigia terunt. *Jehu* stirpem omnem Achabi tollit. *Joachaz* majoribus suis dignus. *Joas* unus inter pessimos bonus, ter de Syris victor, *Elifæo* Prophetæ charus. *Jeroboam* improbus. *Zacharias* à *Sellum*, hic à *Manaben*, hic à *Paccia*, hic à *Phaceë*, hic ab *Osee* tollitur, hic capta Samariâ à *Salmanassare* in captivitatem abstrahitur An. 3314.

Quid in hac Regum Periodo memorabile ? Resp. Reges utrique multa inter se, plura cum vicinis gentibus Ægyptiis, Æthiopibus, Syris, Assyriis, Philistæis, Ammonitis, Arabibus, Idumæis bella gerunt ; victi sæpius quam victores. II. Idololatriam, quam pro dominationis instrumento assumpserat Jeroboamus, naviter retinent posteri ; Regum scelerumque potius monstra dicendi quàm Reges, digni qui atrocibus omnibus malis conflagrarent. III. Floruere hac ætate Celebres Prophetæ, Elias, Elisæus, Jonas, Zacharias, Oseas, Joel, Amos, Michæas, Esaias, Habacuc, Tobias, Juditha item Bethuliæ Servatrix.

Quot annis Regnum utrumque constitit ? Resp.

Israël stat quatuor cum septuaginta trecentis.

Juda quadringentis quatuor supra octuaginta.

PERIODUS III.

Captivitatis Babylonicae seu Anarchia.

POpulus à Nabuchodonosore.
Magno Babylonem traductus
70. annorum miseram servitutem
Servit.

Quo anno hæc capit, quo desit? Resp.

Jam anno 3279. à Teglath-Phul-As-
sire quatuor Israëlitis tribus, dein
3314. reliquæ cum Osee Rege à Sal-
manassare abductæ fuerunt. In-
cipit tamen hæc Periodus ab anno
3446. quo captis Hierosolymis Se-
decias cum universa prope Judæ &
Beniamin tribu in Assyriam migra-
re sunt jussæ, pertinetque ad pri-
mum Cyri Annum.

Quid de hac ætate? Resp. Cum vix
esset Judæis, ut viverent, erat ut
scelesti essent. Godoliam Judæo-
rum reliquiis in Judæa Præfectum
Ismael proditoriè jugulat, Hiere-
mias augurandis, deplorandisque
tot malis inclytus lapidibus obrui-
tur, fugatur Baruch, Ezechiel cæ-
ditur,

PERIODUS IV.

Pontificum seu Hierocratia.

Judæi ab Cyro libertatem, quin Templi & Jerosolymæ instaurandæ veniam nacti, sub Pontificum precario imperio Persis, dein Græcis Syriæ Regibus tributarij utcunque quieti egere.

Quid de hac Periodo habes? Resp. I. Cyro Successor Cambyfes non perinde Hebræis benevolus fuit. Gravissimum discrimen aditum est sub Artaxerxe Longimano, quem Afuerum dicunt S. Litteræ, ab Esthere Reginâ feliciter discussum, ubi Aman eodem, quem Mardocheo tetenderat, laqueo præfocatur. II. Multis cum vicinarum gentium insidiis tum Pontificatum ambientium, seu auctionantium verius machinamentis miseri graviter exercentur, erat hæc caupo natio eadem ferè, qua hodierni Græci Patriarchæ dignitatem à Sultanis emergantur.

Quot annorum facis hanc Periodum?
 Resp. Pon-

Pontifices leges dant septuaginta trecentis.

PERIODUS V.

Machabæorum seu Polemocratia.

A Lexandri Magni Successorum Syriæ Regum octavus Antiochus Epiphanes in Sacra Judæorum & corpora crudeliter grassatus justam defectionis causam Machabæis Fratribus præbuit.

Velim rem paulo pluribus exponas.

Resp. Ut 3886. templum direptum, Moysis lex abrogata, atrocibus suppliciis sævitum, ut novam expeditionem moliens Antiochus sædam mortem obierit, notius est, quam ut hic demorer. Gentis suæ malis commotus *Mathatias* arma corripit, rem strenuè aggreditur. *Judas* ejus filius icto cum Rom. fædere Antiochi Duces multis cladi-
bus afficit, *Jonathas* Hierosolymam munit, *Simon* Sionis arcem capit, *Joannes Hyrcanus* Samariam solo æquat, *Aristobulus* primus sibi diadema imponit, *Alexander Jannæus* suis

suis invisus & crudelis, *Aristobulus II.* sub quo capta à Pompejo Jerosolyma, Regnum à Gabinio in Provinciæ formam redactum. Sub Romanorum dominatu regnârunt Hyrcanus & Herodes illa vulpes, quin tigris crudelissima, in cujus Regnum Christi Servatoris Natalis incidit.

Quot annos huius Periodo tribues ?
 Resp. Ad annum 3998. quo Gabinius Judæam ordinavit, fluxêre 212. Anni.

Bis centum bis quinque duos Machabæi.

Unde porro Sacram hanc Historiam petes ? Resp. Ex historicis Sacrarum litterarum libris, item ex accuratissimo veteris Ecclesiast. Hist. compendio Laboriosissimi P. Saliani.

LECTIO III.

Imperium Assyrium seu Chaldæum.

A Nembrodo in Chaldæa jam anno 1878. Regnum conditum fuisse constat. De ejus posteris ut in tanta antiquitate incerta omnia

omnia & obſcura. Igitur à Belo
Minore rectiùs incipimus.

Certiora quæpiam ne afferre pigeat.
Resp. I. ut Conditum. II. ut divi-
ſum. III. ut inſtauratum fuerit, ut-
cunque teneo.

PERIODUS I.

Aſſyria Imperium Conditum.

Quandonam & quo Authore capit ?

Resp. Nec verosimilis eſt, nec
rerum humanarum mutabilitati
conſona, nec bonorum Authorum
fide nixa eorum ſententia, qui
Nembrodi poſteris 1300. An. im-
perium tribuunt, iis potius acceſ-
ſero, qui Belum Aſſyrium Græcis
Jovem An. 2682. authorem faciunt.
Hujus filio *Nino* res geſtas & Impe-
rium ampliſſimum aſſignant qui-
dam. *Semiramis* Virago, de qua
mira multa & fabuloſa. *Nynias* &
alii longa ſerie, Poſtremus *Sardana-
palus* omni fœmina effœminator à
Proceribus conjuratis obſeſſus ſuo
cum Palatio ſe concremat.

PERIODUS II.

Imperium Divisum.

Quò id pactò & quando accidit? Resp. Tres fuère Conjuratorum Principes, Arbaces, Phul, Belesus seu Belochus. *Arbaces* Mediam ejusq; caput Ecbatanam sibi vendicavit, ejus posterii memorantur *Mandanes*, *Sosarmus*, *Articas*, *Arbianus*, *Arsaces* seu *Dejoces*, *Phraortes*, *Cyaxares*, *Astyages* à *Cyro* nepote devictus.

Phuli Assyria & Ninives rudera obtigère, quem secuti sunt *Teglat Phul-Assur*, *Salmanassar*, *Sennacherib*, *Assur-Haddon* è sola scriptura & Hebræorum cladibus noti.

Belosho (*Nabonassarem* *Ptolomæus* vocat) *Babylonia* Præfectura in conjurationis præmium cessit. Successit *Merodachus* seu *Mardokempadus*, *Ben-Merodachus*, *Nabopalassar*, *Nabuchodonosor Magni* Parens.

PERIODUS III.

Imperium Instauratum.

A Quo? Resp. *Nabuchodonosor Magnus*, cui teste Scripturâ

râ DEUS omnia Regna Mundi donavit, devictâ Ægypto, Asiæque maxima parte adeo amplum reddidit Babyloniorum Imperium, ut ejus alter Conditor meritò dici possit. Cætera ejus admiranda latè scriptura persequitur. Successit Evilmerodach, Baltazar, Nabonidus, qui putatur Darius Medus.

At Periodi cujuslibet Annum prætermiseras. Resp.

Conditur in bis mill. sexcent. duo & octuaginta.

Dividitur centum ter mill. oct. septuaginta:

Unde hujus Imperij Historiam hauries? Resp. præter Sacras litteras ex Berofo, Justino, Diodoro Siculo, Josepho & recentioribus quibusdam.

IMPERIUM PERSICUM.

Cyrus Aftyage Medorum, Cræso Lydiæ Rege devictis, subacta An. 3516. Babylone latius quam Assyrij in totam Asiam, si Scythiam excipias & Indiam, Imperium extendit. *Quinam Cyri fuere Successores? Resp.*
Cyrus,

*Cyrus, Cambyfes, Magus, Hiftafpés-
que Darius.*

*Xerxes dein Artaxerxes, hunc exci-
pit Ochus,*

*Inde Mnemon Artaxerxes, cogno-
minis Ochus,*

*Arfes, Darius Codomannus. Cedite
Magno.*

*Quæ horum fata? Resp. Ortus, In-
fantia, Vita Cyri tota memorabilis
est admodum. Prædictus à Prophe-
tis & laudatus, Hebræum populum
primo mox Imperij Anno libertate
donat. Bello Scythico à Tomyri
Regina cæsus interiit A. 3524.*

*Cambyfes Ægypto debellata &
morum truculentiâ nobilis, ab ejus
morte*

*Magi fraude invadunt Imperium,
quibus per conjuratos septem Pro-
ceres sublatis rarâ electionis for-
mâ succedit A. 3532.*

*Darius Hiftafpes. Hic rebellem
Babylona Zopyri operâ recuperat,
Græciæ rebus se primus admiscet.
A Miltiade ad Marathonem grandi
clade*

clade mulctatus, Asianos Græcos probrosâ sibi pace liberos esse jubet.

Xerxes infano in Græciam trajecto exercitu suisque cladibus celeberrimus.

Artaxerxes Longimanus *Estheris* maritus, Judæis perbenevolus.

Ochus seu *Darius* *Nothus*.

Artaxerxes à memoriæ felicitate *Mnemon* dictus *Cyrum* Fratrem rebellantem superat, cui submissa Græcorum auxilia memorabili receptu *Xenophon* domum reducit. Etsi ab *Agésilao* victus libertatem Græcis Asianis ab Longimano concessam Pace facta adimit.

Artaxerxes *Ochus* Phæniciam, *Sidonem*, *Ægyptum* rebellantes edomat, à *Bagoa* Eunuchò cæditur.

Arses annò Imperij tertio ab eodem *Bagoa* venenò tollitur.

Darius *Codomannus* ab *Alexandro* Magno ad *Granicum* Issum, *Arbela* devictus, à *Bello* Satrapa cæsus cum *Persarum* regno finit.

Quid

Quid in horum historia observas ?

Resp. Idem fere hodiernis Turcis, qui veteribus Persis mores fuere. Hi molles, mulierosi, opibus affluentes, imperio in suos usi tyrannico, in comprimendis satraparum seditionibus felices. Quid autem Turcis obscœnius, opulentius, durius, in extinguendis Bassarum rebellionibus celerius ? II. Persæ Græciam seu evocati seu ultro illatis bellis seu corruptelis jactisque discordiarum seminibus fœdum in modum permiscunt. Iisdem artibus in hanc magnitudinem crevere Sultani.

Quot annis floruit hoc Imperium ? Resp. Persa tenet Regnum annis octo ducentis.

Unde hanc historiam ? Resp. è Justino, Herodoto, Xenophonte, Thucydide, Plutarcho, Curtio.

LECTIO IV.

Historia Græcæ Chronologia.

G Ræciæ Historia multiplex admodum, & involuta commode

dè ita dividi potest, ut periodum primam *Fabulosæ*, alteram *Liberæ*, tertiam *Imperanti* statuamus.

Quot cuilibet annos dabimus? Resp. *Fabulosam* inde à Diluvio ad Olympiadem primam per annos mille ac tria propemodum sæcula, *Liberam* per 4. Sæcula primæ Olympiadi proxima, *Imperantem* per reliqua ad Augusti ætatem trahimus. Ita posteriorum duarum Chiliadum res compendio stringemus.

Hic præcipuas Græciæ Epochas memoriâ repetas velim. Resp. Memini.

PERIODUS I.

Græcia Fabulosa seu Regia.

Vetustissimis temporibus prope ad Olympiadum initium Græcæ Urbes pleræque à Regibus tenebantur, hinc *Regiam* dicimus Periodum, *Fabulosam* quia poëtarum figmentis permixtam.

Quæ tu præcipua notioræque regna statuis? Resp. Sycionium omnium antiquissimum undecim post Nembrodi initia annis ab Ægialo pro-

pe Corinthum conditum memora-
tur, Eversum est ab Agamemnone
paulò ante bellum Trojanum An.
2854. duravit adeò annis 965.

Quæ præterea? Resp.

*Argi, Sparta, & Athenæ, Troja, Co-
rinthe, Mycenæ.*

Cæpit autem Argivum sub initium
Sæculi III. Spartanum seu Lacedæ-
monium Sæculi IV. An. 36. Athe-
nienſe Sæculi V. An. 96. Troja-
num Sæculi VI. An. 74. Corin-
thium Sæculi VII. An. 43. Myce-
næum Sæculi VIII. An. 42. En ut
Singulorum principia uno prope
Sæculo inter ſe diſtent. Defecêre
pleraque ſub Heraclidarum in Pe-
loponneſum irruptionem.

Quæ iſthæc irruptio? Resp. Annis
ante everſam Trojam fere 40. flo-
ruit Hercules, cujus filij Pelopon-
neſo ab Regibus excluſi reditu sæ-
pè fruſtra tentato, tandem multis
auxiliis accitis Corinthium, Argi-
vum, Spartanum, Mycenæum, reli-
quâq; Peloponēſi regna occupant
Annò ab everſa Troja 82. M. 2952.

Estne quod de Argivo narres? Resp.
Ab Argis Principe Peloponnesi Ur-
be dicitur. Ejus conditor *Inachus*
Priscus *Isaaco* ferè æqualis, cujus
posterì *Phoroneus*, *Apis*, *Argus*,
Criasus, *Phorbas*, *Triopas*, *Oroto-*
pus, *Sthenelus* *Inachidarum* ulti-
mus. Successère *Danaidæ* A. 2579.
ab *Danao* *Stheneli* interfectore di-
cti, *Lynceus*, *Abas*, *Prætus*, *Acri-*
sus à nepote suo *Perseo* seu cæsus,
seu *Gorgonis* objectu in saxum
versus An. 2742. Is Urbis, quam
sceleratam ipse fecerat, conspectum
non ferens *Mycenas* regnum tran-
stulit. Tenuère itaque *Argos* *Ina-*
chidæ per An. 381. *Danaidæ* 162.

Regnum porro hoc hodie dum in
Poëtica est longè celeberrimum &
fabularum Seminarium uberrimum,
vel sola *Inachi* gens *Niobem*, *Isi-*
dem; ex hac *Epaphum*, *Lybiam*,
Agenorem, *Hypermnestram*, *Da-*
naen, *Cadmum*, &c. suggerit usita-
tissima attonitis Poëtis nomina, &
ad ornandum vel farciendum car-
men perapposita.

Quid

Quid de Spartano ? Resp. Lelex hujus Author Successores numerat XVI. è quibus notiores sunt Oebalus, Tyndareus, Castor & Pollux ovigenæ, Menelaus Helenæ Maritus, Trojani belli incentor. Mene-
lai ex Oreste Nepos Fiamenus ab Heraclidis Eurystene & Procle depulsus est. Ab illo *Euristenida* XXX. ab hoc *Proclida* XXIII. inaudito exemplo conjunctim per octo propè sæcula regnârunt. Proclidarum sextus Polydectus impubes Lycurgum tutorem habuit, non minus legibus latis, quàm *tutelâ* sanctissimè gestâ celebrem. Restricta tamen fuit admodum Regum potestas & Ephororum consilio (An. 3294. constituto) obnoxia.

Quid de Atheniensi ? Resp. Cecrops Primus Rex XVI. Successores habuit, inter quos *Dracon* crudus Legislator, Erichtonius, Pandion, Ægeus, Meseus, Demophoon Poëtarum delicia. Ultimus Codrus se pro patria devovit An. 983. Ut
adco

adeò regnum hoc constiterit An.
488. Ejus duo filij 27. annis pòst in
Asiam duxêre Colonias Epheso
aliisque urbibus egregiis conditis.
Inde *Ionica Migratio* percelebris
Epocha. Regum loco Archontes
perpetui creati ad An. 3300. dein
decennales usque ad An. 3368.
Deinceps annui, quamquam per
bellorum & Tyrannorum turbida
sæpè mutata fuit Reipublicæ for-
ma.

Quid de Trojano? Resp. Etsi in
Asia situm, cum Græciæ rebus peni-
tus innectitur. *Dardanus* condi-
tor, ab eo *Erichthonius*, *Tros*, à quo
Troja, *Ilus*, à quo Ilium, cujus filius
Ganymedes à Tantalò Phrygiæ Re-
ge rapitur. *Laomedon*, *Priamus* in-
felix 50. filiorum Pater, Trojæ suæ
Regniq; ruinis obrutus A. 2870.

Quid de Corinthio? Resp. Corin-
thum per Annos 632. tres Regum
Familiæ tenuêre ab An. 2643. usque
ad 3375. quo Prytanes Magistratus
creati sunt. *Sisyphus* è Latrone

Rex tres Successores habuit *Sisyphidas* ab ipso dictos. His dejectis *Heraclida IV.* quibus *Bachis* successit & *Bachida VII.* nē infabulis quidem admodum nominati.

Quid de Mycenæo ? Resp. Mycenarum Urbs Argis vicina tristium exemplorum adeo fœcunda est, ut Græcorum Latinorūque theatra tragica impleat. Vide enim quos posteros censeat *Acrisioniades* *Perseus*. *Electrys*, *Sthenelus*, *Euristeus* *Herculis* domitor, *Atreus* & *Thyestes* Fratres barbaris odiis dissidentes. *Agamemnon* bello Trojano Dux & Regum Rex. *Ægystus* *Clytemnestræ* adulter, ejusque Mariti *Agamemnonis* interfector, *Orestes*, *Clytemnestræ* Matris cæde funestus, *Fisamenes* ab *Heraclidis* Regno exutus.

Ecquid ex hac Periodo memorabile annotasti ? Resp. I. Trojanum bellum Græciæ totius viribus unius adulteræ *Helenæ* causâ gestum, & in Trojæ ruderibus fabularum quidam

dam nidus. II. Idololatria à Cecrope Athenas ex Ægypto, Athenis in omnem orbem velut in colonias deducta. III. Barbara libidinum & crudelitatis exempla, quódque indignius est, horum Authores pro Numinibus consecrati; nempe Græcorum ingeniis nondum per litteras edomitis. IV. Horum notitia temporum Poëtæ & veræ eruditionis studioso necessaria, at Historico negligenda non est.

Quibus ex Authoribus hæc ruditer delineata plenius addiscas? Resp. Ex Homero, Hesiodo, aliis Poëtis Græcis; Dycti Cretensi, & recentioribus Gaultruchij vel Pomey Historiâ Poëticâ. Item è Pausania, Suida de Regno Laconico & antiquariis Criticisque passim.

PERIODUS II.

Græcia Libera.

Circa Olympiadum initium Civitates pleræque (excipe Macedones & Spartanos) Regum tyrannidem pertæfæ, regnisque ab-

rogatis in libertatem se afferuerant ; Creatis vario nomine Civilibus Magistratibus.

Quid univèrsim de hac Periodo ?
 Resp. Tenuit Sæculis IV. nempe Chiliadis IV. 4. 5. 6. 7. Aut pressius annis 440. quot ab Olympiade prima ad Philippum in Græcorum ducem lectum intercessère. Nunquam autem Græcia meliùs habuit, nunquam I. belli. II. Scientiarum laude pulchrius effloruit.

I. Quid de re bellica occurrit ? Resp. Græci vel domestica inter se, vel externa cum Persis, ac denique per breve cū Macedonibus bella gessère.

Particulatim quatuor hæc sæcula excute. Resp. Sæculo IV. Vicennale Lacedæmoniis cum Messeniis, quin ob iteratam horum rebellionem — sæculi propè integri bellum intercessit ita finitum, ut solum vertentes Messenij Messanam in Sicilia conderent.

Sæculum V. quietum bellisque vacuum.

Sæculo

Sæculo VI. Hippias Athenarum tyrannus Pisistrati item tyranni. Frater ab Harmodio & Aristogitone pulsus uno ante Regifugium anno. Latas Asianis Græcis suppetias ulturus Darius trecenta Persarum millia Græciæ infundit, à Miltiade ad *Marathonem* deleta A. 564. Decennio post An. 574. Xerxis 1000000. repetitis præliis primò ad *Thermopilas* à Leonida ac 300. Spartanis; navalibus pugnis à Themistocle ad *Salaminam* & *Artemisiam*; posterò annò Mardanius ab Aristide & Paulania Ducibus ad *Platæas*, ad *Mycalen* ab Leodychida classis Persica profligatur. Iterum Cimon An. 85. Mari ad *Cyprum*, terrâ ad *Eurimedontem* Asiæ fluvium feliciter pugnat. Tot victoriarum fructus Græcorum Asianorum libertas fuit Artaxerxi per ignominiosam pacem extorta.

Sæculo VII. Liberati externo hoste Græci classe, exercitu, Ducibus egregiis validi mutua æmulatione

incensi domesticis se bellis attē-
runt. Celeberrimum est I. Pelo-
ponnesium ipsis 27. annis, nempe
ab A. 623. ad 650. inter Principes
Urbes Spartam & Athenas variā
fortunā gestum, dum Lysander vi-
ctā, quā prævaluerant hactenus, &
Athenienses, Cononis classe, Athe-
nas ipsas caperet. Inde Agesilaus
Spartanus in Asia rem benegerit,
victis A. 658. ad Pactolum Fluvium
Persis; verum illo ad domestica
bella revocato Pax, Antalcidæa &
Asia Græcorum Urbes Artaxerxi
permittuntur. Spartæ haud dubiè
dominantis fastum non ferentibus
cæteris Græcis A. 676. bellum The-
banum conflatur, quo Lacedæmonij
ab Epaminonda Thebano primū
pugnā Leuctricā A. 83. Dein Man-
tinæā A. 91. devicti ita concidunt,
ut parum abesset, quin tot cladi-
bus alter Græciæ Oculus extingue-
reretur.

Ultimò hujus Sæculi annò bel-
lum Sacrum à Thebanis in Phocen-
ses

ses Delphici templi invasores cæptum, eum finem habuit, ut Philippus à Bœotia in societatem evocatus Olynthum Græciæ clavem subigeret, Phocenses fractos in dedicationem reciperet, Græciæ toti Cheronæâ pugnâ A. 716. libertatem eriperet, necessitate in Perfici belli Ducem legeretur.

II. *De litteris etiam promissas, fidem libera.* Resp. Mercatura liberior, Civitates legibus optimis institutæ, fufum cum libertate in plures imperium pretium fecit eloquentiæ, & hujus nutritici Philosophiæ. Inde artes omnes adeò feliciter cultæ, ut simul cæptæ, simul ad fûmum perductæ viderentur, ut quatuor hæc Græcæ litteraturæ verè aurea sæcula dici possint. Viam præit Homerus annis 268. post Trojam everfam natus, uti & Hesiodus, è quorum Poëmatis Theogonia & Philosophia omnis effluxit.

Particulatim aliqua delibes, amabò.

Resp.

B 6

Sæ.

Sæculum V. Æsopum tulit fabularum Parentem, septem item Græciæ sapientes, quos inter Solonem primum eloquentem ajunt.

Sæculum VI. Anaximandrum, Democritum, Heraclitum, Parmenidem *Dialecticæ*, Pythagoram *Italicæ Philosophiæ*, Pindarum *Lyra* Principes; Anaxagoram denique Pericle, Socrate, Euripide discipulis superbum.

Sæculo VII. Socratem Plato, Platonem Aristoteles audiit, hic Peripateticæ, ille Academicæ Sectæ author. Floruit item Democritus atomorum inventor; *Historici* Herodotus, Thucydides, Xenophon.

Tragici Sophocles, Euripides. *Comicus* Aristophanus. *Oratores* Pericles, Lyfias, Isocrates, Demosthenes singuli suarum artium Principes. Ut alios minoris notæ præteream.

Estne quod è nostris rebus cum Græcis compares? Resp. Alij Batavorum, alij Venetam & Genuentem Rem-

Rempubliacam cruentis olim bellis
dissidentes Spartæ & Athenis con-
ferunt. Bæclerus ait : in Thucy-
didis Historia Germanici Imperij
statum bellè adumbrari. Et certè
dum à Persicis (Turcicis ajo) bel-
lis vacamus Germani, dum Sacris
bellis in mutua viscera fœvimus,
dum externo auro pervios nos fa-
cimus, parum aberat, quin Franci-
cus aliquis Philippus compedes
injiceret.

*Horum historia temporum unde pe-
tenda est? Resp. E Thucydide belli
Pelopon. scriptore elegantissimo,
Xenophonte, Diodoro Siculo,
Gemisthio, è Philippicis Demost-
henis, &c.*

LECTIO V.

PERIODUS III.

Græcia Imperans.

Philippus Macedo Græciam sibi
omnem subjecit, Alexander
vastissimum Persarum Imperium ad-
junxit.

Quod huic Monarchiæ initium, quam

etatem statuis? Resp. Primus hujus Imperij annus in annum M. 3724. incidit, quo cæsus Darius, Alex. Persarum Imperator salutatus est: Neque inde nisi sexennio super-
fuit. At ejus morte laceratum ab Ducibus in multas partes Impe-
rium per partes à Romanis extin-
ctum est.

Alexandri gesta compendio exhibe?
Resp. An. 718. In Græcorum Du-
cem lectus. 19. Thebas defectione-
nem molientes excindit. 20. In
Asiam trajicit, ad Granicum vincit.
21. Iterum ad Issum; In Cydno, &
à Medico periclitatur. 22. Tyrum,
Phæniciam, Judæam occupat. 23.
Ægyptô subactâ ad Arbela pugnât.
24. Persepolim & gentes plurimas
in deditionem accipit. 25. Hyrcan-
os adit, Philotam & Parmenio-
nem proditiōis causâ. 26. Cli-
tum ebrius cædit, Aornon Petram
capit. 27. Indiam & Porum devin-
cit. 28. Redit in Persidem, mili-
tum seditionem comprimit, uxores

res ducit. 29. Babylonem fatalem ingreditur. 30. Crapulâ extinguitur. En Curtii Chronologiam.

Alexandri Duces ab ejus morte tantum Imperium quadrifariam inter se divisêre.

Esqui ? Resp. Morientis vox ambigua, Hercules & Alexander FF. impuberes, Aridæi Fr. impartantæ moli ingenium, Duces tantæ hæreditatis cupiditate incensos atrocibus inter se bellis cômisit. Res ita demum convenit, ut *Antipater* Macedoniam & Græciam, *Antigonus* Asiam minorem, *Seleucus* Syriam, *Ptolomæus* Ægyptum, primùm Præfectorum nomine, dein, Cæsis Alexandri Filiis, Regum titulo auferrent. *Eumeni* quidem *Perdiccas* Cappadociam attribuerat, Thraciam rapuerat *Lysimachus*, verùm quod cum ipsis regnum utrumque interiit, inter partientes non fero.

Scinditur in quatuor partes ditio Alexandri.

An-

*Antipater Macedas tenet, Ægyptum
Ptolomæus.*

*Antigonûsque præest Asiæ, Syriæq; Se-
leucus.*

**MACEDONIÆ REGNUM ALE-
XANDRIDARUM.**

Macedonicum Sceptrum per de-
cem alieni Sanguinis Reges per an-
nos 47. pervagatum in Antigono
Gonata ad Alexan. stirpem rediit.

*Recense peregrinos Reges. Resp. An-
tipater* (nam Philipp. Aridæus Ale-
xandri Frater vix regnum deliba-
vit) primus in Maced. & Græciâ
rerum potitus est. Ab hoc *Cassan-
der*. Deinceps tres ejus filii: I. *Phi-
lippus* intra annum tabe consum-
ptus. II. *Antipater*, qui Pyrrhum.
III. *Alexander*, qui Demetrium ad-
versus Fratrem in auxilium voca-
vit, utroque à perfidis Auxiliatori-
bus necato *Demetrius* Antig. Fra-
ter regnum occupat, eodémque su-
scepta in Seleucum An. 66. expe-
ditione à *Lyfimacho* spoliatur. Hoc
devicto idem *Seleucus* mensibus 7.
regnum

regnum tenet. Inde Seleuci interfectores *Ptolomæus Ceraunus*, nec non *Sosthenes* ejus Dux, uterque à Gallis regno & vitâ exuti.

Alexandridæ Reges qui fuêre? Resp. *Antigonus Gonatas* Pyrrhi Græciam omnem miscntis & Athenarum victor. *Demetrius* impubes, ejusque loco *Antigonus Tutor*, *Philippus IV.* qui primus cum Romanis belligerari ausus, Mari à Lævino, dein à T. Quintio Flaminio primo in faucibus Epiri, dein ad Cynocephalas prælio victus intra suam Macedoniam compactus. Græciæ libertas reddita est. *Persens* Regum miserrimus à Paulo Æmilio in triumphum abductus.

Quid universim de his Mac. Regibus? Resp. Multa cum Thracibus, Illyriis, Dardanis, Molossis, Theffalis, Epirotis, Græcis Civitatibus ignobilia bella gessere.

Quot aîis constitit regnum isthoc? Resp. Sæclo uni & medio Macedo sex adjicit annos.

ASIÆ REGNUM.

Asiæ Regnum Antigono obvenit, in Demetrio Poliorcete ejus Filio defecit, in varia deinceps minora regna dissectum.

Explicatius rem expone Resp. Multa Antigono bella, varia fortuna fuit. Primum Eumenem Cappadociæ præfectum subigit, verum à Seleuco An. 42. superatus denuò 80000. Militum cogit, & ad Issum Phrygiæ contra omnes propè Alexandri Duces An. 53. infelicitèr pugnans cæditur. Ejus filius Demetrius Urbium expugnator dictus desperatâ Asiâ Cyprum & Ptolomæi classẽ expugnat, Athenas & Græciæ magnam partem, denique Macedoniam occupat, quoquò se verteret belli quendam turbinem afferre visus. Coactò iterum grandi è Macedonibus Græcisque exercitu Seleucum aggreditur, verum à suis desertus, captusque in carcere interit A. 66. Ita Asiæ Regnum sex duntaxat & triginta annorum fuit.

Quæ illa minora regna dicebas ?

Resp. E Demetrii ruinis enata sunt *Bythinia, Pergami, Cappadocia, Ponti* regna circa annum ejus Sæculi 70.

Quid de Pergami Regibus habes ?

Resp. Authorem habuit *Philætetum* Spadonem. Successit *Eumenes, Attalus*, qui regium nomen primus sumpsit. *Eumenes II. Attali Frater, Attalus II. Eumenis Fr. Attalus III.* qui Regnum Romanis testamento legavit An. 921. Floruerunt opibus & erga Romanos fide.

Quid de cæteris ? Resp. *Bythiniam* *Nicomedes Nicomediæ suæ conditor* obtinuit, cæterorum nomina præter *Prusiam & Nicomedem* ultimum obscura sunt, qui item P. R. hæredem scripsit, donans nimirum, quod alioquin rapiendum prævideret.

Ponti primus Rex *Mithridates* ejusdemque nominis ultimus fuit. E *Cappadociæ* Regibus *Ariobarzanes & Dejotarus* notiores sunt. Nec adeò horum perpetua aliqua Historia extat.

REGNUM ÆGYPTI PTOLOMÆORUM.

Ægypto Perdicas Ducum Alex. Princeps oculos adjecerat. Prævertit Ptolomæus Lagi, Regnûmque sibi virtute, Comitatu, armorum felicitate fundavit, posteris omnibus suum Ptolomæi nomen reliquit.

Quid de antiquis Ægypti rebus ?
 Resp. Vetustissimis temporibus sex ordine Pharaones nominantur, quorum postremus Cenchres rubro Mari haustus. Nomina reliquorum & gesta multa caligine sunt obsepta, nisi qua in Assyriorum & Persarum, quibus deinde parvêre, historiam influunt.

Ad Ptolomæos redi. Resp. Excepit Lagum Philadelphus, cujus auspiciis Biblia à 70. Interpretibus in Græcam traducta. *Evergetes* ob egregia in suos merita & liberalitatem ita dictus. *Philopator* per Antiphrasim ita nominatus, Parricida; libidinis ultimæ & amentię, Antigon

goni hostis & Judæorum. *Epiphā-
nes* pupillus Romanorum fidei com-
mendatus. *Philometor* Matris sci-
licet amans, quam interfecerat, fæ-
dissimæ Luxuriæ Princeps. *Ever-
getes Physcon* quasi ventriosus, ab
Alexandrinis Cacergetes per con-
tumeliam dictus, regno dejectus
atrocior redit. *Lathurus* quasi Ci-
cero regno item pulsus & restitu-
tus, *Alexander*, cujus res per obscuræ.
Alexander alter qui exul moriens
P.R. testamento hæredem instituit.
Auletes quasi Cantor, Scenæ aptior
quam solio, Romam fugit, à Gabi-
nio rēducitur. *Dionysius* bello Cæ-
saris Alexandrino, fortuito perit.
Cleopatra se, Antonium suum, re-
gnum, omne Ptolomæorum No-
men funditus perdit ad Actium ab
Augusto devicta.

Quot annos Ptolomæis tribuis? Resp.
Stant Ptolomæi annis tercent-
sept. septuaginta.

REGNUM

REGNUM SYRIÆ SELEUCI-
DARUM.

Syriam, Persiam, Asiæ minoris, quin Macedonici Imperij partem amplissimam Seleucus sortitus est.

Quamdiu & sub quibus Regibus floruit hoc Syriæ Regnum? Resp. Ejus vices tripartito divido, *Florentis, Declinantis, Decidentis.*

Quid de Seleuco ais? Resp. Sub Alexandri mortem Syriæ Præfectus devicto æmulo Antigono, captâque Babylone, regnare cæpit A. 42. Postmodum adversus eundem Antigonum, ejusque filium Demetrium 80. armatorum millia ducentes ad Issum Phrygiæ ope Ptolomæi Cassandri Lyfimachi decretorio prælio feliciter pugnavit A. 63. Collegit se denuo Demetrius An. 66. denuo fusus captusque in carcere interiit. Incensus eadem æmulatione Lysimachus Thraciæ Rex An. 72. magnô præliô profligatur, ut adeo Seleucus Macedoniam, Græciam, Asiam, & Ægypto demptâ totum

tum Alexandri Imperium teneret, ac se jure Nicanorem, hoc est *Victorem Victorum*, diceret. Tantâ felicitate diu non est fruitus, septimo post mense ab Ptolomæo Cerauno Lagi Fratre per insidias trucidatus An. 73.

Quid de florente ejus Regno? Resp. Successit Antigonus Soter, huic Antiochus Theos, sub quo Parthi Arface Duce (ab hoc Arfacidæ Parthorum Reges) uti & Bactriani Theodoto duce defectionem faciunt An. 82. *Seleucus Callinicus* iniquus & crudelis: *Seleucus Ceraunus* I. Regni anno cæsus ab *Antiocho Magno*. Hic in Palestina, in Syria adversus Philopatorem & Arfacem in Persia rem benè gerit, sed à Scipione ad Magnesium victus totam cis taurum Asiam victoribus cedere cogitur An. 864. atque hunc *Florentis* Syriæ annum ultimum facimus.

Quid dicebas de declinante? Resp. Imminuto plusquam dimidia parte
Re-

Regno præfuit *Seleucus* Philopátor: Triennio pòst *Antiochus* Epiphanes in Sacra historia celebris : Hierosolymas occupat, Moÿsis Legem abrogat, templum diripit, in Judæos omni crudelitatis genere defævit An. 886. Machabæi Fratres iusta defectione grandem ejus Imperio plagam infligunt. Cùm 90. A. novam expeditionem pararet, viscerum dolore amens interiit.

Quid de decidente Syria? Resp. Qui Epiphanem secuti sunt 16. Reges (nomina passim reperias) Parthorum, Judæorum rebellium victoriis, aliarum gentium defectionibus, cædibus mutuis, Reginarum artibus fracti debilitatique in exiguo Syriæ angulo regnabant; ut adeò populus *Tigranem* præpotentem Armeniæ Regem evocaret A. 969. Hic cum Mithridate diu Romanos exercuit, à Lucullo ad Tigranocerta An. 85. ingenti prælio devictus, tandèmq; à Pompejo magno uterq; debellatus, & Syria in Provinciæ formam redacta est.

Quot.

Quot annorum hoc regnum facis?
Resp.

Post medium & duo sæcla annos
quatuor Syre cessas.

L E C T I O VI.

Historia Romanæ veteris Chronologia.

Romanæ Urbis Historia singu-
lari quodam studio condi-
scenda est non solum ob rerum ge-
starum Majestatem, sed quod cum
reliquarum omnium propè gen-
tium rebus ita sit innexa, ut in
hanc Vetus omnis Historia desi-
nat, ex hac nova omnis effluat; at-
que adeò veræ eruditionis fontes
amplissimos aperiat, sine qua nec
Ciceronis, nec aliorum latinorum
opera unquam satis intelligas.

Condita A. M. 3301. Post Olym-
piadum initiũ 23. año . Ad Augusti
Imperium septem omnino sæcula,
duos item & viginti annos censet.
Atque hanc veteris Romæ ætatem
Flori quidem exemplo in *Infan-*
tiam, Pueritiam, Adolescentiam, Viri-
lem ætatem paulum tamen mutata

annorum ratione dividimus ita, ut Infantiae duo saecula & dimidium, Pueritiae verò, Adolefcentiae, Virili aetati singulis saeculum unum & dimidium assignemus, sed hæc curatiùs paulò pertractanda sunt.

PERIODUS I.

Romæ Infantia sub Regibus.

POpulus Romanus sub Regibus circum ipsam Matrem suam cum finitimis populis luctatus Infantiae quandam speciem præbet.

Nihil de Romuli origine tanges?
Resp. Illustris adeò Historiæ Origines à fabulis repetendæ sunt. Primum Italiæ Regem Janum seu Saturnum faciunt, Saturni deinde filium Picum, denique Latinum, cujus regnum & filiam Laviniam, cæso Turno Rutulorum Rege, Æneas exul obtinuit A. ab everfa Troja tertio. Hujus posterì 14. solis nominibus noti in Numitorem & Amulium fratres desinunt. Numitoris filia Rhea Sylvia vestalis Virgo.

go à Marte scilicet geminos Romu-
lum & Remum peperit.

*Ista quidem propè erubescenda sunt,
tu de Romæ Infantia perge ?* Resp.
Acta hæc est sub Regibus septem,
quorum opibus bellisque minutu-
lis validè constabilita sunt novæ
Urbis principia. De vicinis op-
pidis decies & sexies triumphat-
um, singulorum studia résque ge-
stas rudi metro inclusi.

Romulus æternæ cum Remo condi-
tor Urbis,

Pompilius Numa fert leges & Reli-
giones,

Hostilius Tullus bellum ordinat, oc-
cupat Albam,

Martius Ancus Pontem, Portum,
mænia condit,

Tarquinius Priscus publicis Urbem
ædibus ornat.

Servius Tullius instituit censum, am-
pliat Urbem,

Tarquinius regno intoleranda
superbia privat.

Quot igitur annis vagijt Roma ?
Resp. C 2 Ro-

Roma *infans* bis cent. & quinque supra quadraginta.

Quid alibi actum interim ? Resp. Incidunt in hanc ætatem Imperium Babylonicum à Nabuchodonosore instauratum, à Cyro eversum, septem sapientes & bonæ artes in Græcia caput efferentes, & quæ alia suis locis recensui.

PERIODUS II.

Romæ Pueritia seu Roma Latij victrix.

POpulus R. D. Bruti operâ, exactâ Regum tyrannide, libertatem An. 3545. consecutus annuis ferè bellis per 166. años (quos ejus Pueritiæ damus) Imperij fines vix ultra 15. milliaria protulit.

Quid ita ? Resp. Redibant anniversarij veluti, statique hostes Sabini, Volsci, Æqui, Hernici, Falisci, Fidenates, Vejentes, Hetrusci, *Latini* universim dicti, de his octies & quadragies triumphatum, de Sabinis novies, toties de Volscis, de Æquis decies, de Hernicis quinquies, de Vejentibus septies,
de

de Gallis toties, ut reliquos inter-
mittam. Vicina oppida Tibur,
Præneste, Fidenæ, Faleriæ, Sora,
Sutrium, Satrium, Antium, Ardea,
Fregellæ, Veruli, Bovillæ, Corni-
culum sæpè capta & recepta, ut
adeò in his seu bellis seu triumphis
Pueri aliquid agnoscas.

*Sed tamen nobiliora bella ne omise-
ris?* Resp. *Primum* Tarquini-
reducendorum causâ à *Porfena* He-
truscorum Rege illatum est, in quo
fortitudinis illa prodigia Hora-
tius Cocles, Mutius Scævola, Clæ-
lia Virgo. *Alterum* eâdem causâ
ab Latinis, quos ad Regillum La-
cum Castoris (ut ajunt) & Pollucis
ope magna strage fudit Posthumus
Dictator. *Tertium* à Volscis, Mar-
tio Coriolano Rom. exule Duce,
Romam arcta obsidione premen-
tibus, à Martij Matre Veturia di-
scussum. *Quarto* Veji Hetruriæ
Urbs post decennij obsidionem à
Fur: Camillo capta. *Quinto* Roma
à Gallis capta An. 664. & ab eodem.

Camilo hæctenus exule liberata:
Hæc memoriæ causâ ita vinxî.

Porfena, dein Latium, Volsci,
Veji, Gallica Roma.

Quid de civilibus rebus adjungis ?

Reip. Tenera adhuc dum Respubli-
ca mutationibus & seditionibus
multis concussa est. Celebriores
duntaxat 4. afferam: I. Anno ab
Regifugio 16. Plebs fœneratorum
impotentiam ægrè passa in mon-
tem Sacrum secedit, per Menenium
Agrippam celebri apologo & im-
petratis Tribunis plebis revocata.
II. An. 603. Legum, quas è Græcia
attulerant, perferendarum causâ
Decemviri creati, cum in tyran-
nos degenerarent, pòst triennio
exacti, ac deinde Tribuni milita-
res vario numero per annos 49. etsi
non continuos consulari potestate
creati. III. A. 678. Plebs alterum
è plebe Consulem pòst quinquen-
nium Anarchiæ invito senatui ex-
torquet. IV. Sp. Cassius quod
agrariâ lege, Sp. Melius quod fru-
menti

menti largitione plebem demulceret, regni affectati suspecti, hic à Servilio Hala Mag. Equitum confoditur, ille à proprio parente cæditur. Manlius eâdem causâ è Tarpejo, quod servârat, saxo deicitur. En iterum bellum carmen.

1. Plebs in monte Sacro. 2. Lætus legum ergo Decemvir.

3. Consul plebejus. 4. Spuriis se Manlius addit.

Ecquos bello aut Pace claros viros hæc Periodus tulit ? Resp. Eminent Brutus, Valerius Publicola, Coriolanus, trecenti Fabii ad Cremeram cæsi, Appius Claudius cum gente sua tota hostis plebis acerrimus. T. Quintius ab Aratro Dictator. Camillus alter Romæ conditor. Valerius Corvinus, M. Curtius in Pestilentem foveam præceps.

Quot annis circum Romanam obrepserit Puer Roma ? Resp. Ab Regifugio ad Samniticum bellum.

Roma Puer centum sex sexaginta habet annos.

Sine, periculum capiam, num priora nondum memoriâ devolârint, quid hac ætate Persæ interim & Græci? Resp. Ha ha ha ! Opinione tua fideliores sunt mihi cerebelli cellulæ. Memini Persas in Darium, Xerxem, Artaxerxem terrâ marique graviter à Græcis contusos ; hos verò Peloponesio, Thebano, Sacro Phœnciensi bello exhaustos jugum Macedonicum sensim recipere. Per turbida illa Philosophiam, Eloquentiam, Poëticam in plenum meridiem eniti. Ne me ultra provocâssis.

PERIODUS III.

Romæ Adolescentia, seu Roma Italiæ & Insularum Ital. Victrix.

ROmæ jam in majora adolescenti Samniticum bellum Orientale Italiæ latus ; Punicum primum Siciliam, Sardiniam, Corsicam ; Ligusticum, Gallo-Insulanicum, Illyricum, reliqua ad Occid. Italiam peperit.

Velim,

Velim, ut primum ac postremum hujus periodi annum probè teneas. Resp. Clavum fixi ut Dictator quondam. Cæpit cum Samnitico An. 3711. Desinit in An. 836. qui idem Punici secundi & sequentis periodi primus est. Ergo

Roma adolescens censet centum quinque viginti.

Atque per hoc tempus.

Vincitur hinc Samnis, Latium, Pyrrhusq; Tarentus.

Hinc Pæni, Ligures, Insubres, Illyryq;.

*Jam de Samnitico narra ut lubet. Resp. Fuit hoc multiplex, bello nimirum Latino ac Tarentino, qui Pyrrhum exEpiro evocârant, interpollatum. Utrumque, patere, ut priùs expediam. *Latinum* ita habet: Latini suis viribus & incensæ nuper, nunc cū Samnitibus luctantis Urbis contemptu feroces, cum *Jus Civitatis, partem Imperij & Magistratum* frustra petiissent, armis rem gerunt. Samnitibus se con-*

juncturi ad Capuam ingenti clade
devicti in ordinem rediguntur.
Carò hæc victoria Romanis stetit,
quod Consul alter Decius Diis ma-
nibus spontè devotus cecidit, alter
Manlius filium injussu suo pugnare
ausum securi feriit An. 714. Sup-
pressa rebellio atrocius erupit An.
759. quo Latini Hetruscis, Umbris,
Gallis, Samnitibus adjuncti in
Sentinati agro à Fabio Maximo &
Decio superioris filio iisdem de-
votionibus oppetente, clade haud
paulò majore penitus debellati
sunt.

Tarentini violatorum legatorum
causâ bello petiti Pyrrhum auxilia-
torem accersunt. Is primo prælio
Elephantum ferè terrore objecto
ad Lirin fluv. victor. *Iterum* ad
Asculum Marte dubio pugnât. Pau-
lùm deinde in Siciliam digressus,
ac vocatus, bis à Curio Dentato
circa Beneventum fusus, Rom. vir-
tutem demirans in Epirum suam
redit An. 780.

In Samnium redi. Resp. Capuani à Samnitibus vexati voluntaria deditione Romanorum auxilia emercantur. Tenuit adeò bellum hoc magnam octavi sæculi partem Annis nimirum 72. Quater induciæ factæ, toties abruptæ. Rom. exercitus ad Furcas Caudinas à Samnitibus sub jugum missus, quam ignominiam ita expiârunt illi, ut quater & vigesies triumpharent, Samnium ita evastarent, ut haud diu post de Samnij loco dubitaretur; iis subactis Picentes, Salentinos, Volsinienses corollarij loco adderent, toto illo Italiæ latere poterentur.

Nunc de Puzico seu Carthaginensi primo audire velim. Resp. Potentissimas duas Urbes Romam & Carthaginem Mamertini Siculi inter se commisere. Ab Hierone Syracusarum Rege infestati pars Pænos, pars Romanos evocant. Hieromox ab Appio devictus deinceps in Romanorum fide constantissimus

mus perstitit. Cæterùm videas hoc in bello primam Roman. classẽ, Duillium Cos. primùm de navali prælio triumphantem; App. Claudium demersis pullis sævas pœnas dantem, Attilium Regulum mari victorem, dein Affricæ oras depopulantem, à Xantippo Spartano captum fidei datæ ergo atrocia patientem; Metellum ad Agrigentum 20000. Pœnorum cædentem, Lutatium denique Cos. ad Ægatem Inf. Punicæ Classis & Carthaginis victorem: Siciliam primam R. Imperij Provinciam & gradum in reliquum orbem terrarum factam, victos deinceps Sardiniam spontè cedentes. Atque hæc bello 24. An. confecta, nempe ab An. 790. ad An. 814.

Quid de Ligustico? Resp. Absoluto Punico, quod inde à Numa factum non fuerat, Jani templum occlusum est. Haud diu post arma in *Ligures* versa montium suorum & latebrarum præsidio fidentiores. Fuere

Fuêre adeò Romanis per annos 121. veluti domestici hostes ad exercendam eorum Juventutem, & belli rudimentis imbuendos tyrones opportuni. Ter & decies triumphati, denique ferarum ritu indagine cincti, & adeò accuratè exarmati, ut vix ferrum in aratra relinqueretur.

Quid de Gallico? Resp. Galli Cisalpini, Insubres, Cænomani, Boji, Comenses Liguribus adjuti diu fatigârunt Romanos, novies triumphati. Percelebris fuit Cl. Marcelli victoria, quâ de Viridomaro Gallorum duce spolia opima retulit.

Quid de Illyrico? Jam quanta est Mediterranea Italia Romanorum erat, neque iis, qui 300000. armatorum sub signis haberent, causa bellandi deesse poterat, ut littoralem quoque adjicerent. Ergo *Illyrij & Istri* Adriatici accolæ, cæsi Rom. Legati rei, bello vincuntur. Istri à Cor. Scipi. Asina; Illyrij à

L. Æmilio Paulo & Livio Salinatorum triumphantur.

Quos viros Virtute rebusque gestis celebriores hæc ætas fudit? Resp. Claruere Samnitico Fabij præsertim, Parens ac filius, Papyrij item vel Alex. M. è Livij sententia pares futuri. Tarentino Fabricius & Curius magna priscæ fidei, integritatis, Sanctimonix exempla. *Punico* Attilius Regulus, Duillius, Metellus, Manlius, Lutatius. *Ligustico* Fulvius Posthumius. *Gallico* P. Furius, & Cl. Marcellus.

Dum Roma Italiam subigit, quid Asia, & Græcia moliebatur, ac cogitabat? Resp. Et tu quid Cogitas, quod me his tædiis vexas! Fortè cum Samnitibus luctante Romano Græciam Philippus, Asiam Alexander, & Alexandri Duces disscerpunt, tædet plura.



PERIODUS IV.

*Roma Virilis ætas, seu Roma triumphans
Orbis partium Victrix.*

Roma jam Italiæ Domina 186.
annorum bellis (Virili sua
ætate) maximam Orbis partem in
potestatem redigit, dum Lassum
denique, & morbis suis fractum ac
senile Caput in Augusti sinum im-
megeret.

*Quod Periodo huic initium finem-
que facis ?* Resp. à Punico II. ad
Victoriam Actiacam seu Augusti
Imperium An. 4023. conditum.

*Roma Vir adnumerat centum sex
octuaginta.*

*Grandibus certè bellis huc excreve-
rit Roma ?* Resp. Celebriora sunt
Punicum II. Macedonicum I. Sy-
riacum, Macedonicum II. & III.
Punicum III. Achaicum, Numan-
tinum, Jugurthinum, Cimbricum,
Mithridaticum, Parthicum, Galli-
cum. En Metrum.

*Roma Vir in Penos iterum, Mace-
dāsque, Syriūque,*

*Iæ Macedas iterum atque iterum ;
 Penos & Achaïam ,
 Alta Numantia, nigre Jugurtha, in-
 territe Cimber,
 Sæve Mithridates, Parthi, Galli que
 cadetis.*

*An non singulis paulum immora-
 bere ? Resp. Ut maximè, quando
 ex omnium temporum Nationum-
 que historia nulla præ hac memora-
 bilior.*

*Occipe à Punico II. Resp. Nullum
 bellum Romani aut cæpère infe-
 licius, aut fortius terminavêre. Saguntô deletâ, perfractis Alpibus
 Annibal in Italiæ mox ingressu Scipionem ad Ticinum, mox Sem-
 pronium ad Trebiam, Flaminium
 ad Thrasimenum lacum; Varronem
 & P. Æmilium ad Cannas loca Rom.
 fastis damnata ingentibus cladibus
 profligat. Verùm Fabij Cuncta-
 tio, Capuæ deliciæ, suæ Hanni-
 bali Cannæ fuêre. Reflante for-
 tunâ à Marcello ad Nolam fusus ;
 Sicilia ab eodem Marcello & Syra-
 cusæ,*

cusæ, Hispania cum nova Carthagine à P. Scipione recuperata ; Ipse Annibal in extremum Italiæ angulum retrusus, Asdrubal, qui 80000. auxiliorum adducebat à Cl. Nerone & Livio Salinatore deletus. Supremam manum Scipionis virtus imposuit. Is trajecto in Affricam exercitu, & Syphacem & Verminam Reges, & Italiâ extractum Annibalem ad ipsos Carthaginis suæ moros debellat, sibi cognomen *Africani* & magnificentissimum triumphum conficit. Duravit hoc bellum An. 17. nempe ad An. 853.

Quid de Macedonico l. Resp. Philippus Rex foederis cum Carthaginensibus initi reus, & ab Atheniensibus, quos divexabat, accusatus, à T. Q. Flaminio primùm ad Epiri fauces, deinde ad Cynocephalas victus castrisque exutus pacem post trienne bellum obtinet An. 858. Græciæ libertas in Isthmiis Ludis ab eodem Quintio promulgata
 tanta

tanta acclamatione excepta est, ut Corvi supervolantes deciderent.

Quid de Syriaco seu Asiatico? Resp. Antiochus M. Syriæ Rex ab Ætolis, Annibale, & Philippo incitatus in Græciam trajiciens ab Acilio Glabrione, Eubæâ; dein ad Termopylas prælio inferior Græciâ totâ ejicitur. Translato in Asiam bello ad Magnesium decretorio certamine dimidiâ regni parte mulctatur à L. Scipione, cui à victoria tam illustri *Asiatici* nomen hæsit. Fuit & hoc trienne bellum An. 864. terminatum. Anno sequenti *Gallogræci* à Manlio circa Olympum Montem ad 40000. deleti fuere.

Quid de Macedonico II. Perseus Philippi filius, Gentis Illyriorum Rege & Rhodiis in Societatem adductis, à Paulo Emilio ad Pydnam viginti Macedonum millibus cæsis, in Samothracem fugit, ab Octaviano Classis Prætore cinctâ Insulâ capitur, unâ cum Gentio in triumphum

phum ducitur An. 886. post cæptum bellum quarto.

Quid de Macedonico III. Resp. Andriscus quidam ultimæ fortis homo Philippum, quem specie referbat, assimulans Macedones sibi adjunxerat, nec semel Rom. Prætores vicerat, à Metello inde Macedonico denique Cos. victus triumphatusque est; Macedones servitute mulctati An. 906.

Quid de Punico III. Resp. Carthago, quod Massinissam bello petiisset, & classem contra leges haberet, excindi debuit. Expeditio Scipioni Æmiliano, Pauli Æmilij F. Affricani adoptivo commissa. Bellum fuit perbreve: 905. decretum, 906. susceptum, 907. gestum, 908. perfectum. Arsit misera Carthago diebus 17.

Quid de Achaico? Resp. Eòdem annò inclyta Corinthus conflagravit à L. Mumio excisa, quod & Achæorum Societatis tum Romanis inimicæ caput esset, & Rom.
Le-

Legatos trucidâſſet: Ære & ſignis
Corinthiis Roma tum & Italia im-
pleta eſt.

Quid de Numantino ? Reſp. Idem
cum Carthagine & Corintho fatum
Numantiæ fuit. In hac oppugnanda
multum dedecoris à Romanis ad-
miſſum. Pax ſemel à Q. Pompejo,
dein à Mancino Coſſ. inita, à ſena-
tu reſciſſa eſt, quin ipſe Mancinus
deditus. Carthaginis everſor Sci-
pio hâc cauſâ Conſul creatus poſt
reſtitutam belli diſciplinam rem
Rom. reſtituit, captam Numan-
tiam funditus evertit 8. obſidio-
nis A. A. 921.

Quid de Jugurthino ? Reſp. Ju-
gurtha Maſſiniſſæ Nepos interfectis
Fratribus unus Numidiæ regno in-
hiabat. Novo pugnandi genere
ſenatum ipſum aurô corrumpit,
Calpurnium, Albinum Duces ad-
verſus ſe miſſos iisdem artibus cor-
ruptos proſtigat. Metellum inde
Numidicum dictum etſi bis victo-
rem diu circumducit. Verùm à
C. Ma-

C. Mario superatus, à Bocho Rege, ad quem confugerat, Syllæ proditus triumphatusque est An. 948. postquam 14. ipsos annos Rom. potentiam fatigasset, hoc annô Cicerô & Pompejus nati sunt.

Quid de Cimbrico ? Resp. Germaniæ populi jam tum multitudine laborantes, *Teutones* per Galliam, *Cimbri* per Tridentinas Alpes, *Tigurini* per Noricas Italiam petunt, Syllannum Consulem superant; inde in Hispaniam flexi rejectique, denuo in Italiam redeunt. Objectus iis Marius ad Aquas sextias Teutonum 200000. cædit, 90000. capit An. 952. Altero pòst anno Cimbros, quibus succubuerat Catulus, ad Vercellas ad 14000. interficit, 60000. capit. Hac Sociorum clade territi Tigurini retro vertère. Marius tertius Romæ conditor dici meruit.

Quid de Mithridatico ? Resp. Mithridates Ponti Rex, quo ferociorem & diuturniorem Roma hostem

stem non habuit, quod Ariobarzā-
nem Cappadociā, Nicomedem By-
thiniā exuisset, hostis judicatus, unā
epistolā effecit, ut 18000. Civium R.
per Asiam trucidarentur. Jam
Athenas cæperat, trajectum in Ita-
liam adornabat. Verū is trium
fortium Ducum operā : *Syllæ feli-*
citate impulsus, Luculli virtute fra-
ctus, Pompeji magnitudine obrutus ;
Tigranis ejus Socius, in sua Arme-
nia victus Syriāque exutus, Asia
omnis inter rubrum & Caspium
mare & Oceanum Romana Provin-
cia facta est. Illustre hoc bellum
est, tum eventuum varietate, tum
diuturnitate, nempè quod A. 960.
cæptum non ante 991. finiit.

Quid de Pyratice ? Resp. Mithri-
datici belli velut sedimentum fuit
Pyriticum & Creticum. *Pyrata-*
rum Cilicum prædatoriæ classes
omne Mediterraneum, ipsam Rom.
oram infestam habebant. Pompe-
jus hyeme apparavit bellum, ineun-
te Vere suscepit, extrema æstate
con-

confecit, divisis classiculis, mira felicitate ac celeritate repurgato mari A. 987. De *Cretenſibus* item, qui Mithridati faſſe viderentur, Metellus, inde *Creticus* dictus, triumphavit. Eâdem fere ætate Metellus alter *Balearici* nomen ab iis Inſulis ſubactis deſumpſit.

Quid de Gallico? Decenni bello Gallia omnis I. Cæſaris victricibus armis ſe ſubmiſit. A. 996. Helvetos & Arioviſto Duce Germanos retundit. An. 997. Belgas, Bellovacos, Ambianos, Nervios, Attrebates; 98. Menapios, Morinos, Lexobios ſubigit. 99. Rhenum ponte jungit, Germanos & Sicambros fruſtratentat. 4000. Britaniam ingreditur, ſed acceptis in Gallia cladibus revocatur. 4001. Iterum Rhenum ponte jungit, nihil agit; 4002. Rem præclare gerit ad Gerogobiam, Alexiam, Avaricum. 4003. Uxellodunum capit, 4004. Galliam ordinat, & ſuas in Provincias dividit. 4005. è Gallia bellum

lum civile auspicator. En brevem
I. Cæsaris Chronologiam.

Quid de Parthico? Resp. M. Crassus nullâ idoneâ causâ, unâ avaritiâ ductus Parthos aggreditur, ad Carras haud procul Euphrate cum II. Legionibus cæsus, interfecti capiti liquatum aurum, quod tantopere sitierat, infusum A. 4001. Crassiana hæc clades à Ventidio postmodum, Pacori Regis & 20000. Parthorum cæde, pensata est.

LECTIO VII.

Virilis Romæ Ætatis Morbi.

INvectus Asiæ luxus, Græca levitas, Imperii magnitudo, privatorum ambitio, tribunitiæ turbæ, Civilia bella rem Romanam Sæculo septimo gravissimè affecere.

Velim hæc curatè explices, nempe intelligendis Ciceronis Orationibus necessaria. Resp. Primis sex Sæculis Populus R. pius, sanctus, priscis severisque moribus; at post Punicum III. gravissimis vitiis morbisque corruptus adeò ægrè habere

cæpit, ut necessaria jam esset Rei-
publicæ Mutatio.

Quos morbos ais ? Resp. I. Tribu-
nitia turbæ. II. Socialia & Servi-
lia. III. Civilia bella longè gra-
vissima; quæ pro more pervenusto
Carmini illigavi.

I. Grachanæ turbæ II. Socius,

Servus, Gladiator,

III. Cum Sylla Marius, Serto-
rius, & Catilina.

Cæsar, Pompejus, Mutinâ, infâ-
mésque Philippi,

Sextus Pompejus, mors Antonii,
Cleopatra.

I. Quid de Grachanis seditionibus ?

Resp. Tib. Grachus Tribunus pl.
tres leges senatui invisas, plebi
gratissimas & ideo seditiosas ad-
modum pertulerat. I. *Agrariam*,
ut capti agri inter plebem divide-
rentur. II. *Fruventariam*, ut ino-
pi plebi frumentum ex ærario eme-
retur. III. *Judiciariam*, ut Judicia
à Senatu ad Equites transferren-
tur. Coorta inde seditione Gra-
chus

chus, cum in Capitolium confugeret, à Scipione Nasica subsellij fragmine cæditur: An. 921.

Leges easdem cum revocaret C. Grachus Tib. Fr. ab Opimio Cos. seu suo potius, cui cædem hanc imperârat, servulo confossus interiit An. 933.

L. Apulejus Saturninus cum senatum in easdem leges jurare cogeret, Metellus ille innocentiam suam clarus exulare maluit. Apulejus vero à Mario in Capitolium compulsus, obsessus, incisus aquæ canalibus dedere se coactus, & in curia discerptus est. An. 954.

M. Livius Drusus ut easdem leges assereret, senatui judicia, plebi agri divisionem, Sociis Latini nominis jus Civitatis promittit, verum à concione redux à nescio quo jugulatur, leges ejus omnes antiquantur.

II. *Quid de Marsico seu Sociali bello?* Resp. Latini promissæ à Livio Civitatis repulsâ irritati bellum.

con-

confiant, quo nullum Roma periculofius habuit, Italiâ totâ ad excidium matris fuæ Romæ convolante. Post multos Confulares & Prætorios exercitus fuſos, multas Urbes everſas, ægrè demum à Catone Hetruſci, à Gabinio Marſi, à Carbone Lucani, à Sylla Samnites, à Metello Apuli, à Pompejo, Magni Patre, Aſculum ſeditionis caput devincitur.

Quid de Servili? Reſp. Catenatis ad agros colendos ſervis ſcatebat Sicilia, horum ad 60000. ab *Euno* quodam coacta, Manilii, Lentuli, Piſonis Prætorum caſtra expugnant, ſed à Perperna ad Ennam incluſi, obſeſſi, fame, ſuppliciiſ conſumpti ſunt. Mox *Athenis* quidam paſtor, ſumptis regiis inſignibus, poſt Luculli & Servilii caſtra capta Siciliam fædè evaſtatam ab M. Aquilio Coſ. poſt quadriennii bellum intercluſis commeatibus cæditur. Ajunt his duobus bellis

centum fervorum Myriadas interiisse.

Quid de Gladiatorio seu Spartacio?

Resp. Siculorum exemplo in Italiā transvolante Spartacus gladiator è servis suique fursuris hominibus grandi exercitu conflato Italiam populatur, quin post deletos duos Consulares exercitus Romæ ipsi imminebat, ut adeò totius Imperii viribus opus esset adversus Mirmil-
lonem. A Licinio Crasso Cos. in extremos Brutios reductus fortiter pugnans interiit An. 983. post cæptum bellum tertio.

III. *Quid de Civili Syllæ & Marii?*

Resp. Fuit hoc uti longè atrocissimum, ita secutorum deinceps maiorum & everse libertatis principium. Res ita habet : Sulpitius Trib. pl. lege lata bellum Mithridaticum jam Syllæ decretum, Mario decreverat. Id ægrè passus Sylla Cos. cum 6. legionibus in Urbem victor revertitur, è Senatûs autoritate Sulpitium cædit, Marium

rium in Africam ægrè elapsum pro-
scribit An. 966. Fuit hic *primus à*
Sylla turbo, in factionis adversæ ca-
pita duntaxat grassatus. Sequentē
annō 67. Cor. Cīna Cons. etsi re-
clamante Cn. Octavio Collegâ le-
ge lata Marium revocat, qui mox
collecto exercitu cum Cinna suo,
Carbone, & Sertorio cinctam 4.
agminibus Urbem expugnat, Con-
sulatum sumit; immanem ac planè
barbaram clarissimorum senatorum
cædem edit. Fuit hic *alter turbo*
in Senatum à Mario desævians. Ab-
sente interim ad Mithridaticum
bellum Sylla, Mario mortuo, Cin-
na bis consul fuit, hoc quoque à
suis cæso, Carbo rerum potieba-
tur. An. 971. Scipione Nasica &
Norbano Coss. à Mithridatico re-
dux Sylla Urbem occupat, cæsis ad
Collinam portam 70000. Pro-
scriptionis tabulâ propositâ 2000.
ex Equestri Ord. & Senatûs flore
mori iussa; inermium deditorum
aliàs 12000. aliàs 4000. telis con-
fixa,

fixâ, integra municipia, aut morti aut hastæ addicta. Fuitque hic non *Turbo* sed cruenta sanè *procella*, quæ dimidium fermè pop. R. hausit, ut vix essent, quibus imperaret *Sylla*, jam *Dictator & Princeps* acclamatus.

Quid de Sertoriano ? Resp. Sertorius Marii Dux è Syllano hoc naufragio in Hispaniam evadens Celtiberos & Lusitanos in arma agit, Metellum & Pompejum M. 7. ipsis annis variè exagitat, dum à suis perfidè obtruncaretur præstanti virtute Imperator & tantum non alter Annibal An. 981.

Quid de Catilinario ? Resp. Catilina Urbem incendiis destinaverat, sollicitatis Allobrogibus & Manlio Prætore, qui ex Hetruria ad incensæ Urbis ruinas advolarent. Detexit Conjunctionem Tullius, Catilinam eloquentiâ fugavit, Socios Cethegum, Lentulum in Carcere strangulavit; Tullij Collega Antonius Catilinam & Manlij exerci-
tum

tum acerrimè dimicantem oppref-
fit. Ciceroni non benè geftæ,
quod multis, fed fervatæ Reipubli-
cæ, quod nemini, titulus accessit.

Quid de Cæfaris & Pompeji bello?

Resp. Cæfari poft confectum Gal-
licum bellum Consulatum petenti
obftitit Pompejus, cūque neuter
exercitum dimittere vellet, ad ar-
ma venit. Bellum hoc quin-
quenne omnē terrarum orbem per-
vagatum eft. An. 4005. Romam
& Italiam, quam ftultè deferuerat
Pompejus, Cæfar occupat, & ne
quid à tergo intutum relinqueret,
Petrerium & Affranium Pompeja-
nos Duces in Hispania cum exer-
citu ad deditiōem cogit.

An. 4006. ad Dyrrhachium vin-
cit Pompejus, ad Pharfaliam ita
vincitur, ut in Ægyptum profugus
miferrimè in lembo trucidaretur.

An. 4007. Cæfar Alexandrinum
bellum conficit, ad Pharnacem
Ponti R. venit, videt, vincit. Di-
ctator fecundò dicitur.

An. 4008. Quidquid supererat Pompejanæ factionis Catone Duce se in Affricam cum 50000. exercitu receperat. Hanc quoque nubem ita dissipavit fortuna Cæsaris, ut victo cæsoque ad Zamam Scipione Cato sibi Uticæ necem conscisceret, cæteri miserrimè jugularentur. Ita 4. triumphos de Gallia, Ægypto, Pharnace, Juba agit Cæsar.

An. 409. Sextus & Cneus Pompeji filii in Hispania reparantes bellum, ad Mundam Bæticæ Urbem acerrimo prælio superantur, Cneus cæditur, effugit Sextus.

An. 4010. ad Pompeji statuam in senatu à Bruto & Cassio trucidatur Cæsar, qui testamento Octavianum hæredem facit.

Quid de Mutinensi? Resp. A. 4011. M. Antonius Cæsaris se vindicem professus Brutum & Cassium Urbe ejectos Mutinæ, quo confugerant, obsidet. Hirtius & Pansa Coss. etsi victores simili fato cadunt. Vi-
ctus

ctus Antonius ad Lepiolum, Octavianus ad utrumque se adjungit, ac triumviratu inito immanem proscriptionem edunt, quâ Cicero ab Octaviano Antonio concessus seu proditus, à Popilio obtruncatur.

Quid de Sexti Pompeji bello? Resp. E Mundenſi prælio profugus trecentarum navium classem in Sicilia paraverat, quâ in ipſo ſiculo freto ab Octaviano proſtigatâ, ipſe in fuga, immiſſo percuffore interemptus eſt An. 4019.

Quid de Bruti & Caſſij bello? Resp. An. 4012. Brutus & Caſſius ad Philippos Maced. Urbem 92000. coëgerant. Ab Octaviano & Antonio (nam Lepidus ſpernebatur) decretorio prælio victi gladio ſuo uterque incumbit, unâque palpitantem adhuc dum Romæ libertatem planè conficiunt.

Quid de Antoni & Octaviani ſupremô bellô? Resp. Diviſo inter ſe Imperio Orientem Antonius, Octavianus

Vianus Occidentem, æquatas item
naves & legiones sibi sumpsere.
Multis subinde offensionum causis
enatis Octavianus celebri Actiacâ
pugnâ Antonium Cleopatram amo-
ribus amentem, mari devincit, ter-
restres ejus copias deditiōe reci-
pit; eò adigit, ut ipse sibi cum
Cleopatra sua necem afferret. In-
de Jani templum tertio clausum.
fessa tot malis Roma Octavianum
& Principem & Augustum & Domi-
num libens admittit.

Unde petes hanc historiam? Resp.
Ea quidem hoc omnino ordine le-
genda est, ut I. Flori seu Eutropii
Compendium præmittas. II. Dio-
nysius Halicarnassensis. III. T. Li-
vius. IV. Polybius. V. Apianus.
VI. Plutarchus. VII. Salustius.
VIII. Julius Cæsar de bello Galli-
co Civili.

LECTIO VIII.

Romæ Senium.

Romæ Cæsaribus jam fervientis
senium ab victoria Actiaca
ad

ad Augustuli interitum, hoc est, ab anno V. C. 723. ad A. C. 456. quatuor Sæcula cum dimidio explet, seu annos 488.

Quibus notis ætatis hujus res distinguas ? Resp. I. Sæculum *Cæsarum* appellabo, à primis quinque ex hac gente Imperatoribus. II. *Philosophorum* ab tribus Cæsaribus Philosophiæ perstudiosis. III. *Tyrannorum*, quibus hoc sæculo Imperium lacerabatur. IV. *Christianorum*, quales inde ab Constantino M. Cæsares omnes fuere. V. *Dimidium Barbarorum*, quorum eluvies fractam jam senio Romam penitus demersit.

In hâc verò Chronologiâ addiscendâ hoc verlabor diligentius, quò cum Ecclesiastica historia copulatio est & conjunctior.

Nihil prætereà industriæ habes ?
 Resp. Habeo; Cæsarum nomina —
 mnemosynis versibus strinxi hoc ordine : ut initiales Litteræ A. B. C. &c. Primum, secundum, tertium

tium &c. Sæcula indicent. Numeri supra adscripti annum mortis denotabunt. Omisi de industria quorundam nomina, qui vel breve Imperium dierum sæpe, aut mensium paucorum, vel cum alio, nulla ipsi re insignes gessêre.

SÆCULUM I.

Cæsarum.

15.

34.

42.

Augustus, Tiberius, Caligæula,

56.

70.

70.

Claudius, Nero, Galba,

71.

71.

Adde Otho, atque Vitellius,

81.

83.

98.

Vespasianus, Tite, Domitianus,

100.

Nerva.

Num dehis duodecim aliquid, ac successorum imaginem rudem, resque præcipuas de memoriâ reddes? Resp. Et varietatis causâ versu quidem.

Augustus victis Ægypto, Pannone, Rhatis;

Dal-

Dalmatiâ, Cantabris Janum tertio
claudit;

Marmoream Romam, doctis Saecula au-
rea reddit.

Tiberius saevo, occulto ingenio, simu-
lator

Callidus, incepit bene, sunt postrema
Tyranni.

Dum latet in capreis populator barba-
rus urit.

Caligula è cano compactum & sangui-
ne monstrum

Unam cervicem Romæ optat, quam re-
secaret.

Claudius ignavus, stolidus, vincit ta-
men ipse Britannos

Fit Deus à fungo, post quem nihil
amplius edit.

Dein Nero, bellua atrox, matrem &
mediam propè Romam

Cadibus, & flammis exhaurit more jo-
cantis.

Galba senex & contemptus, quem syl-
vius Otho

Cedit; at Othonem abdomen prapin-
gue Vitelli,

*Hanc miles rapit in Tyberim, scalas-
que nefandas,*

*Vah ludum! Augustos quatuor rapuere
duo anni!*

*Vespasianus adit regnum, solis me-
tuendus*

*Judæis, facilis, pius; & melior Pa-
tre, Titus;*

*Domitianus, heu musca fugitate!
Triumphos*

*Dacit, & ab Chatto & Daco victori-
bus, emptos;*

*Prodigus in ludos, demum crudelis &
atrox.*

*Nerva brevi Imperio, quod fecit ad-
optio clarum.*

*Fato quinque suo, sex ferro, unus-
que veneno.*

*Quibus Authoribus utere? Resp.
Tacito & Suetonio, qui horum
vitas pulcherrimè perscripsere.*

S Æ C U L U M II.

Philosophorum.

119.

140.

163.

*Bellator Trajanus, Adriane, duo An-
182.*

tonini.

Bru-

Brutalis Commodus, Pertinax, Didio
213.

adde Severum.

Quid de his octo singillatim? Resp.
Trajanus belli & pacis virtutibus in-
gens

Assyriam, Dacos, Babylonem finibus
addit.

Docte Adriane pedes Romanum circuis
orbem;

Pax Antoninum, & pietas common-
dat., & actum

Hostili sine, civili sine sanguine regnum.
Philosophus, qualem vel Plato fingere
posset,

Fulminat in Marcomannos, Quadosque
feroces.

Commode Caligula es, savi que Ne-
ronis imago;

Vix regnare orsum Per-non fert Roma-
tinacem.

Nec Didium. Parthos, Arabas, pictos-
que Britannos

Septimius subigit; muro ingenti que
tuetur.

Quin-

Quinque suo fato occumbunt, tres
fustulit ensis.

S Æ C U L U M III.

Tyrannorum.

219.

220.

224.

Caracalla, Macrin-, Heliogab-,

237.

Alexandérque

239.

246.

Crudelis Maximinus, Gordiani,

253.

biniq̃ue Philippi.

254.

256.

Crudum post Decium, Gallus, Va-

262.

269.

lerianus, Galienus.

270.

278.

279.

Claudius, Aurelianus, Tacitus, Flo-

283.

284.

riânus, Probe, Carus.

286.

316.

Carinus, Numerianus, Diocles
cum Maximiano.

*Quid de his viginti duobus, aut si
omissos accenseas, triginta duobus sta-
tuis? Resp. Si Alexandrum, Gor-
dia-*

dianum, Claudium, Aurelianum,
Tacitum, Probum excipias, sanguī-
narij, aut ignavi omnes fuere.

Caracalla *boni præter thermas nihil
egit.*

Heliogabalus est Romanus Sardana-
palus.

Fortis Alexander Persas, & Teuto-
nas urget.

Trax Maximinus Phalaris, Cyclopsve
cruentus;

Gordianus Nisibi à Persis Carrhisque
receptis

Germanis clarus domitis, Gottisque.
Philippi

Ludorum ingenti pompâ annos mille
coronant;

Christiadum tortor Decius, Te, Va-
leriane,

Pro servili adhibet victum Rex Persa
scabello.

Sub Galieno, cheu! Germanus, sarma-
ta, Parthus,

Innumeri Gotti, ter denos adde tyraños,
Imperium lacerant, Claudjûs tercenta

Gothorum

Milia profligat, victis his deinde Tyrannos.

Imperij fines veteres dedit Aurelianus, Zenobiam, Tetricum felici Marte triumphat.

Semestris Tacitus. Probus acer strenuus hostes

Germanos, Gothosque domat. Carus bonus esset

Princeps, Carinus nisi filius improbus esset,

Dalmatius Diocles Collegam Maximianum

Asciscit, sunt Christi odio, bellis beneficiis,

Deposito Imperio, servâque tyrannide clari.

Claudius, Diocles soli, reliqui siccâ moriuntur.

Unde Philosophorum, & Tyrannorum Cæsarum historiam hauries? Resp. Ex historiæ Augustæ scriptoribus minoribus, Herodiano, Ammiano, Marcellino, Sexto Aurelio, Victore, Pauli Diaconi & Landulphi historia miscella.

(91)

S Æ C U L U M IV.

Christianorum.

306. 338. 340.

Dat Chlorus Constantinum, Con-
stantia triga.

363. 364 375.

Dein Julian. Joviane, Valentinia-
nus cum fratre Valente.

383. 392.

Divi Gratianus, Valentinianus fra-
tres, Theodosie Magne.

Quid de his habes ? Resp. Tradu-
ctis jam sub Evangelij jugum Cæsa-
ribus pacatiori licebat esse orbi
terrarum, nisi Constantinus M. fa-
tali Imperij divisione, traductoque
in Asiam Legionum flore, inermes
nudæque Occidentis Provincias
Barbarorum irruptionibus patefe-
cisset, ac Ariana deinceps hæresis
Divina humanaque omnia permi-
scuisset.

*Aliquid de his duodecim tuo more
tangito.* Resp. Chlo-

Chlorus Galerio regnat cum Maxi-
miano,

Post cum Licinio, sevo cum Maxi-que-
mino.

At Constantino Tyberi Maxentius
haustus,

Post & Licinius cedunt, Gothicaeq;
phalanges.

Sternit idola, sed & Crispum nil tale
merentem,

Ædificando novam Romam, Veterem
labefactat,

Tres Constantinus, Constans, Con-
stantius in se

Convertunt arma, hinc Julianus Apo-
stata Cæsar

Dicitur, occultis Christum artibus in-
sectatus.

Lapsam Christiadam Jovianus resti-
tuit rem,

Pace Valentinianus floret, floret &
armis.

Arrium Collega Valens sectatus, aser-
bas

Dat Gotto exustus pœnas: Cui Gratia
nomen

Indidit, ascito sibi fratre Valenti-
niano,

Compescit fractos ingenti clade Ale-
mannos.

Alanos, Gottom, Magnus Theodosius
Hunnos,

Eugeniumque Tyrannum, Arbogastum-
que triumphat.

Morte sua sex intereunt, & sex
violentâ.

Quo Clavo horum nomina figes? Resp.

Magnus incipit cum tribus propè
eiusdem nominis filiis, hos excei-
piunt 2 - - iani sine collegis;
2 - - iani cum collegis. Finit.
Magnus.

S Æ C U L U M V.

Barbarorum.

423.

Extollit se Cæsar Honorius, atque
455.

Valentinianus.

Et varij parvi. Occasum tu Augu-
stule claude.

Cur Barbarorum Saculum vocas?
Resp. Theodosius Constantini
exem-

exemplo Imperium , quod unus fortiter tuitus fuerat , pestilenti consilio inter filios partitus , Honorio occidentem , Arcadio Orientem attribuit. Occidens haud diu post Barbaris innumeris è septentrione velut ebullientibus in prædam cessit.

Cur in tuo metro Arcadium Orientis Imp. pratermisisti ? Resp. Postquam Occidentem confecero , in Orientem me totum conferam.

Quid illud sibi vult : Varij parvi ? Resp. Successêre Valentiniano ; Avitus , Majoranus , Severus , Anthemius , Olybrius : Glycerius , Julius , Nepos , Orestes , Momyllus , Augustulus , umbræ Imperatorum , nempe quos Ricimer Patritius Gothus pro libidine crearet & necaret.

Dic aliquid de illis duobus ? Resp. Huic , cui Honor nomen , Stilico mala maxima cudit ,
Omni Barbarie excitâ , Gothus occupat Urbem

*Alricus ; sed visigothis pars Gallica
cedit ;*

*Italia Ostrogothis ; Burgundis Gallica
frusta.*

*Vandalus, Hispano, Alanus, Suevus do-
minantur.*

*Porro Valentinianus Aëtî viribus
usus,*

*Burgund : Hunn : Gottèsque domat ;
sed quando sinistra*

*Abstulit ipse sibi dextram, Francus
Merovæus*

*Galliam ; & orbem omnem Rex Atti-
la vastat.*

*Visigothi è Gallis pulsi Hispano domi-
nantur.*

*Vandalus Africam habet , Gensericus
& Urbe petitur.*

*Anglis Saxonibus superata Britania
paret.*

*Ricimer Augustos deinceps creat , at-
que refigit.*

*Ipsam urbem capit. Ostrogothos no-
va gens , Odoacre*

*Rege , Heruli pellunt , quibus & tu
Augustule cedis ,*

*Et tecum Imperium tumulas, Romane-
que superbam.*

Unde hæc petes? Resp. Ex Iornande,
Paulo Warnefriedo, Procopio, Aga-
thia, Zosimo.

LECTIO IX.

*Chronologia Novæ Romæ, seu Imperij
Orientalis.*

Orientis Imperium in Cæsari-
bus ferè 78. varias inter vi-
ces constitit annis 1058. Nempe
ab anno C. 495. ad Constantino-
polim anno 1453. à Turcis captam.

*Sine industria mille annos vix in
memoriam contruseris, agrius custodi-
veris.* Resp. Diffusam alioquin, &
perturbatam Historiam, septem
admodum periodis circumscribo,
singularum capita, totidem nempe
Epochas ità firmiter in cerebellum
inseribo, ut evelli, nedum exci-
dere, non possint.

I. *Semilatina* dicetur, ab Cæsaribus
in linguam morésque Græcos
abeuntibus, neque Romanum
quid præter nomen ditionem-
que

que retinentibus. Cæpit cum Honorio an. 495. ad an. 610. Sæculis duobus seu annis 215.

II. *Heracliana*, ab Heraclio celebri Sanctæ Crucis recuperatore, in cujus filio, Nepote, Abnepote Imperium perstitit ad añum 711. Sæculo uno, seu annis 101.

III. *Léonidarum* seu *Iconoclastarum* ab Leone Isaurico hujus sectæ propagatore. Imperârunt ab anno 717. universim uno ac dimidio Sæculo.

IV. *Basiliana*, cujus Author Basilius Macedo ad an. 1057. Complectitur Sæcula duo.

V. *Comnena*. Author hujus Isacius Comnenus in posteris ab a. 1057. ad a. 1204. imperavit, uno scil. & dimidio Sæculo seu annis 147.

VI. *Latina* ab Constantinopoli per Latinos capta anno 1204. ad annum 1261. dimidij Sæculi seu annis 57.

VII. *Palæologa* à Michaële Palæologo, cujus posteri ab anno 1261.

ad Constantinopolim à Turcīs
anno 1453. captam regnârunt
Sæculis duobus seu annis 192.

Fae brevior sis. Resp. Et brevissi-
mus :

*Semilatina, Heraclianorum, Icono-
clastum.*

*Basilianorum, Comnena, Latina, Pa-
leo.*

Prima & ultima duo Sæcula ex-
plent! reliquæ gradatim crescunt,
& decrescunt; ita ut 2^{da} unum,
3^{ta} unum & medium, 4^{ta} duo,
5^{ta} unum cum dimidio, 6^{ta} dimi-
dium faciant.

*Non Synchronismis etiam memo-
riam firmabis?* Resp. Nihil his fi-
deliùs.

*Synchrenos est Heraclius turpi Ma-
hometi,*

*Iconoclasta Leo tibi par Hispanæ Pe-
lagic,*

*Tu Macedam Basilium æquas Lodoice
secunde.*

*Cum celebri Henrico quarto, Comne-
ne, regebas.*

Baldûino *æqualis fueras propè, Sueve*
Philippe.

Micha - Palæologe Austriaco jungere
Rudolpho.

PERIODUS I.

Semilatina.

SÆCULUM V.

408.

450.

Erigit Arcadius, Theodosius re-
gnum Orientis.

457.

474.

491.

Et Martjanus, Leo, Zeno sepultus,
518.

Anastasiusque.

Quid de sex istis ? Resp. Arcadij
Tutor Ruffinus spreta Principis im-
bellis juventute Gothorum Regem
Alaricum in urbis & Imperii exci-
dium evocat, atque cum Gaina
atrocis proditionis particeps tol-
litur.

Theodosius II. Litterarum ac pie-
tatis quàm armorum aut reipubli-
cæ tum turbatissimæ studiosior, D.
Chrysostomi ab Arcadio nuper ex-

pulsi cadaver magnâ pompâ restituit.

Martianus Pulcheriæ maritus piusque Princeps, Parthos Vandalosque fœderibus in officio continet, res Orientis præcipites consilio firmat & prudentiâ.

Leo Orthodoxus ac probus Cæsar classem adversus Gensericum Vandalum emissam amittit, Asparem & Ardaburium Tyrannidis affectatæ reos necat.

Zeno Isauricus intolerandæ sævitiae, libidinis, crapulæ ergo à Basilisco in Isauriæ suæ angulum retrusus, haud diu post ad Imperium simul & ingenium redit. Theodoricum Gothum in Odoacrem imittit, victoremque Herulorum Italiâ donat. Ebrius ab Ariadna uxore pro mortuo tumulatus miserè periit.

Anastasius Dicorus ut pupillarum, ita morum colore varius, è Catholico Eutychianus. A Cabade Persa pacem primùm pretio turpiter emit,

emit, dein felici bello fortiter extorquet. Fulmine ictus periit. Sub hoc Saracenicum nomen primum audiri timerique cæpit.

S Æ C U L U M VI.

527.

565.

578.

Fit Justinus, Justinianus, Justinus,
580. 602.

Tiberius, Mauritiúsque.

Quid de his quinque? Resp. Justinus è subulco fortis Imperator, & Catholicæ rei propugnator acerrimus.

Justinianus victoriis secundum Constantinum Imperatorem clarissimus, Belisario Duce de Hunnis, de Persis semel ac iterum; de Carthagine, Affrica, Affricæque Rege Gilimere; de Italia ejúsque Rege Gothico Vitige triumphat. Iisdem Gothis, Totilâ Rege, denuo invalescentibus per Narsetem Italianam secundò adimit. Sophiæ templum & Corpus Juris Civilis condit.

Justinus II. Narsete per summam

imprudentiam alienato , ac Longobardos in vindictam evocante Italiam amittit præter Exarchatum Ravennatem , quem primus instituit.

Tiberius II. Miræ in egenos liberalitatis, quam Deus multis Persicis victoriis remuneratus esse videtur , Mauritium Persicis bellis clarum Ducem Successorem adeptat.

Mauritius Armenos, Persas, Hunnorum Regem Cacanum, Longobardos in Italia sæpè devincit, ipse suâ avaritiâ victus, & à Phoca conjuratorum Principe cæsus, hodie dum in tragicis theatris spectatur.

SÆCULUM VII.

Phocas dum abdomini, cædibus, libidinibus indormit, Persæ extimis Provinciis sædè evastatis ipsam Hierosolymam diripiunt , Sacras exuvias in Persidem transferunt. A conjuratis laceratus justas parricidij pœnas Mauritio pendit.

L E C T I O X.

PERIODUS II.

Heraciana.

Hoc Sæculo Saraceni recens
ortam Mahometis Sectam
amplexi post subactas extimas Pro-
vincias, turbinis instar in omnem
orbem effusi, magnis cladibus Im-
perium afficiunt.

610.

641.

Græci sunt Phocas, Heraclio addi-
to Constans.

668.

685.

Gnatum Constantis Constantinū,
Pogonatum.

711.

Gaude Justinian-Tiberi & Lugete
Leonti.

*Quid de his septem ? Resp. Hera-
clius Cosrhoem Persarum Regem
non minoribus ac Xerxes olim co-
piis accinctum, & ultimam perni-
ciem Imperio minitantem ingenti-
bus cladibus profligat, eo verò per*

Syroen filium sublato, factâque pace, Sanctam Crucem Triumphans Hierosolymam refert. Postmodum in Monothelitarum hæresim lapsus, ab Saracenis, quorum initia per ignaviam neglexerat, Ægyptum, Cyprum, Antiochiam, Damascum captas vidit, & luxit.

Constantinus II. Heraclij F. ab Saracenis jam Affricâ Cypróque potitis, navali prælio funditur. Latinam Ecclesiam cum Græca conciliaturus Romam venit; quâ suis ornamentis spoliatâ Syracusis in balneo à rebellibus trucidatur.

Constantinus II. Pogonatus Saracenos jam Siciliâ ac Ciliciâ occupatâ Constantinopoli ipsi minitantes, septenni bello ita contundit, ut librarum auri tria millia deinceps tributum nomine penderent.

Justinianus II. Pogonati F. per Leontium Ducem Mediâ Armeniâ, Hyrcaniâ, Iberiâ exuit Saracenos. ob ingenij immanitatem invisus omnibus, ab eodem Leontio re-
fectis

sectis naribus Chersonam relegatur. *Leontius* post breve Imperium naribus item mutilatus ad cæcitatem damnatur à *Tiberio Absimaro*; utrumque *Justinianus*, ope *Trebellij Bulgari* Regis Imperio restitutus, equis raptatos frustatim concidit.

Ecqui Heraclianorum quaternionem notabis? Resp. *Heraclius* de se notissimus, filium, nepotem, abnepotem habet clarissimorum Cæsarum nominibus insignes: *Constantis*, *Constantini*, *Justiniani*.

S Æ C U L U M VIII.

Additamentum Hrraclianum.

713.

715.

His adjunge *Philippicum*, *Anasta-*

717.

sium, *Theodosium*.

Quid de his? Resp. *Philippicus Bardanes*, *Justiniani* interfector & rebellis, *Monothelita* Hæreticus, *Bulgaros*, aliósque *Barbaros* summâ vecordia *Provincias* populari passus, à *Senatoribus* exoculatur. *Anastasius II.* vir comis, pius, doctus,

Monachum induere cogitur. Theodosius sponte exutâ purpurâ fit Clericus.

Quî hoc additamentum tenebis ?
Resp. - icus fit cæcus ; alius Monachus ; osius Clericus.

PERIODUS III.

Leonidarum seu Iconoclastarum.

A Leone ejusque posteris sacris imaginibus bellum atrox indicitur, Saraceni sæpius victi, nonnunquam victores sua tuentur. Bulgari è proximo plurimum molestiæ creant.

741.

Hæretici Leo, Copronymus quo-

775.

que Constantinus.

780.

Hand melior Leo quart. & Con-

797.

802.

stantinus, Irene.

Quid de Leonis filio, nepote, abnepote, duobus nempe Constantinis, & his interjecto Leone ? Resp. Leo Isauricus edicto de abolendis Sancto-
rum

rum imaginibus ingentibus turbis Imperium permiscet. Constanti-
nopolis triennio per Saracenos ob-
fessa auxilio Deiparæ servatur.

Constantinus Copronymus, homo moribus quàm nomine turpior, ut Sanctarum imaginum cultum penitus obrueret, tantum orthodoxi sanguinis fundit, quantum Ethnicorum Tyrannorum propè nullus. Ejus ætate Turcæ Armeniam pervagari cæpère.

Leo IV. Cæptum ab avo & patre imaginum bellum multâ acerbitate prosequitur.

Constantinus, Irene. Hæc stolidi, Impij, crudelis filij, sapiens, Catholica, moderata mater reddito Sacris imaginibus templisque pristino cultu, Saracenos, ac Slavos Legatorum operâ contundit; Constantinum filium insanientem primum flagris, dein oculorum effusione castigat. Quo, è mærore brevè demortuo sola annos 4. imperans ab Carolo M. tum Im-
E 6 pera-

peratore acclamato, frustra in Matrimonium ambitur.

S Æ C U L U M I X.

Leonidas Cæsares sex Iconomachi excepere usque ad A. 867. quam ætatem *Additamentum Leonidarum Michaëlinum* appellabimus.

811.

813.

Instat Nicephorus, Michaël dein Curopalates.

820.

829.

Inde Leo Armenius, Michaël cognomine Traulus.

842.

867.

Insequitur Theophil- Michaël jam tertio regnat.

Quid de his ? Resp. Nicephorus Logotheta, homo improbus & infelix, in populum crudelis, atheus, religionum omnium derisor, cujus in prælio devicti, cæsique cranium Bulgari Reges deinceps pro poculo habuere.

Michaël Curopalates ab iisdem Bulgariis profligatus infelix Imperium cucullo commutat.

Leo Armenus atrox, sanguinarius, ut nullus antea Sacrarum imaginum hostis.

Michaël Traulus, vel *Balbus*, virtutis, litterarum, religionum omnium hostis juratus, & quo scelestiorem Imperium Orientis vix habuit.

Theophilus Trauli F. cum Saracenis infeliciter pugnat; Impietate, libidine, studiis *Neroni* similior quam *Christiano Principi*, à *Basilio*, cui necem paraverat, præventus in crapula cæditur.

PERIODUS IV.

Basiliana.

Basilij Macedonis posteris extremis Carolinis & Saxonibus Cæsaribus Synchroni, Imperium adversus Saracenos, aliosque Barbaros egregiè tuentur.

886.

911.

Insignis Basiljûs, *Leo Philosopho* cui nomen.

Quid de Basilij filio, nepote (duobus intercalariis) duobus denique abnepotibus? Resp. Ba-

Basilus Macedo, Magnus bello ac pace Imperator, sapientiâ, partim etiam pietate præstans, nobilem de Saracenis Tarfi regnantibus victoriam refert. Chrovatis & serviis dedititijs, quem nunc tenent, agrum assignat.

Leo Philosoph. Basilij F. Antonino item Philosopho Comparandus, in Saracenos felix, ita rempublicam gerit, uti Philosophum & scriptis etiam clarum decet.

S Æ C U L U M X.

960.
Languens Porphyrogenitus Con-
stantinus, 963.

Romanus ineptus.

969.
(Laudo Nicephorum Phocam; te

975.
Laudo Zemifces)

1028.
Longævi Fratres Constantinus,

1025.
Basilus.

Constantinus Porphyrogenitus Col-
lapsas bonas artes Arithmeticam,
Philosophiam, Rhetoricam maxi-
mo studio restituit. Mechanicas
item artes promovet, Historias in
compendia contrahi, & à Senatori-
bus legi jubet. Cæterùm quod Lit-
teratioribus Principibus evenire
solet, in repub. gerenda habitus
oscitantior, veneno tollitur à filio.

Romanus Porphyrogenitus Patri ni-
mium dissimilis seu exhausto per li-
bidines corpore, seu Veneno po-
tus annos natus 24. extinguitur,
relictis duobus impuberibus filiis.

Interim cum viro egeret Resp.
ab Exercitu Imperator acclamatur
Nicephorus Phocas. Cyprum & cen-
tum amplius urbes Saracenis adi-
mit. Germanos Annam Romani
filiam Othoni Cæs. sponsam addu-
cturos perfidè cædit. Quare Otho
Apuliam Græcis, & Calabriam eri-
pit; Plebs verò tali gentis suæ ma-
culâ, avaritiæ item sordibus irri-
tata miserum in tumultu obtrun-
cat.

cât. Successor ei datus *Joannes Zemisces*, Antiochiâ in Saracenos defensâ, Bulgarorum regno sublatô, trecentis variorum barbarorum millibus concisis celebris, victoriæ laude in triumphantem in curru B. Virginem translata celebrior. Rediit deinde Imperium ad Basilijabnepotes post 12. annorum intervallum.

Constantinus, & Basilius, Hic quidem solers, industrius, ærarij replendi perstudiosus resumentibus vires Bulgaris ad 15000. oculos eruit, Othonem secundum mari vitum tantum non capit. *Constantinus* flaccidior fratrem collegam, triennio vivendo, superat, 53. annis Imperator.

SÆCULUM XI.

DUÆ Constantini Filiæ, altera *Zoe* quatuor maritorum uxor. Post hanc *Theodora*, & ab ea ascitus unus ad An. 1057. imperant. Quare hoc additamentum *Femininum* me-

meritò dicemus. Adverte hîc etiam
tres Michaëles.

1034.
Mille. Viri Zoes quatuor, Roma-
nus ab Agyropilus.

1041.
Mechanici bini Michales, Paphla-
go, Calephates

1054. 1056.
Moñomachus Constantinus, Theo-
dora, Michael Stratonicus.

Qid de his? R. Romanus Agyropilus
primus Zoes maritus, à quâ post
adversum cum Saracenis certamen,
veneno potus strangulatur. Alter.
Mich. gente *Paphlago* argentarius,
quem sola forma impudicissimæ
Zoæ commendârat; ab malo ge-
nio obsessus fit deformissimus, ac
miserè contabescit. Tertius *Mi-*
chaël Calephates, à picandis navibus
ita dictus, Zoen suam in monaste-
rium retrudit, verùm ab eâdem, po-
puli favore restituta, exoculatur.

Constantinus Monnomachus ex virtutibus, vitiisque multis conflatus Princeps, quartus *Zoes* maritus. Huic præsertim calamitates suas omnes, ac conspectas ruinas Orientale Imperium ex merito assignat. *Ærarij* quippe opibus per stolidam prodigientiam profusis, & populum tributorum gravitate alienare, & barbarorum auxiliis solita stipendia subtrahere, & Legionibus imminutis limites nudare necesse fuit. Itaque *Turcæ* jam tum Perfide potiuntur.

Theodora Zoes soror, virgo supra sexum prudens, sola biennio imperat. Ab moriente

Michaël Stratonicius asciscitur, miles bonus, malus Politicus, senex decrepitus, & qui *Comneni* artibus facile concidet.

PERIODUS V.

Comnena.

COmnenorum Imperium per annos propè 150. latinorum armis *Turcas* in *Syria* oppugnantibus,

bus, utcunque constitit. Ipsi contra servatoribus suis multiplici fraude, perfidiâ summâ pessimam gratiam referunt.

1059

1066.

Mox Isacius Comnenus (Constantinum interjice Ducam.

1071.

1078.

Mæstū Diogenem Romanum, Ducam Michaëlem.

1080.

Misce Nicephorum Botoniatem)
1118.

Comnenus Alexius.

Quid de his ? Resp. Isacius Comnenus nobilissimæ ac Imperatoriæ gentis author in posteris felicius, quàm ipse imperat. Concepta è fulminis afflatu, animi ægritudine, volens in Cænobii otium se abdit, Imperio in Constantinum Ducam translato.

Constantinus Ducas Regias virtutes, litterarum, & sanctimonix laudem, exquisitæ avaritæ sordibus corrumpit ; rei militaris neglectu
Tur-

Turcis Cæsaream occupandi occasi-
onem præbet, altera post Con-
stantin. Monomachum Orienta-
lis Imperij pernicies.

Diogenes Romanus infelici certa-
mine ab Turcis capitur, insolitâ ta-
men humanitate liber dimissus, ,
quos effugerat barbaros, domi in-
venerat miser, à Michaële Duca
Constantini F. exoculatus.

Michaël Ducas, Litterarum immo-
dicus & imbellis Princeps, sub quo
tantum non concidit Imperium,
Turcis plerâsque Asiæ Provincias:
Syriam, Lyciam, Pamphiliam, Pa-
læstinam occupantibus, cladem
quam suâ vecordiâ intulerat, exIm-
peratore Ephesi Episcopus, utcun-
que sarcit, Romam abiens, cele-
berrimæ Godefridi expeditionis
Princeps incentor.

Nicephorus Bottoniates post supe-
ratos plures tyrannos ab Alexio
Comneno in monasterium inclu-
ditur.

Post 21. annos, & quatuor alienos
Cæsares interjectos imperio denique
potitur Alexius Comnenus, quem
Græci Mega seu Magnum dicunt.
 Vir doctus, justus, orthodoxus, sed
 Latinorum infectator improbus,
 quorum primam sub Bullionio ex-
 peditionem turpissimâ perfidiâ
 multum turbat. Adversus Gui-
 scardum Normannum in siculo ma-
 ri infelix, in Turcas felicior. Lege
 Alexiadem ab ejus filia condi-
 tam.

SÆCULUM XII.

1143.

1180.

Necte Calo Joannem, Manuelem,
 1183.

iteratur Alexius,

1185.

1195.

Nudum Andronicum Angelus Isa-
 1204.

cus; sed Alexium.

1204.

Nauci Murzuphlus; Franci istum
 fascibus orbant.

Quid

Quid de his ? Resp. Calo Joannes Comnenus, non osor Latinorum sed hostis, quibus & Antiochiam eripere frustra tentat, alioquin egregiâ virtute Princeps.

Emanuel Comnenus Paterni in Latinos odij hæres Conradi Imper. & Ludovici VII. Franci expeditionem detestandis modis, malitiâ incredibili corrumpit.

Alexius II. Comn. Tredecim annorum puer ab Andronico Comn. Tutore crudeliter strangulatur.

Andronicus Comn. Sublati pupilli, exercitæ in suos crudelitatis, in Latinos perfidiæ pœnas dat atrocissimas, quibus hodiedum theatra personant.

Isacius Angelus Comn. à Valachis præliò victus Fridericum Imper. sacro bello intentum solitâ Græcis malignitate multimodis impedit, à Fratre regno & oculis privatur.

Alexius III. Angelus Ob injurias Conrado ac Friderico Germanis Cæsaribus per Comænos hætenus
illa.

illatas tributum Alemannicum. & corradere, ac Henrico VI. pendere cogitur.

Alexius Ducas, Murzuphlus dictus, oppresso Alexij tertij juniore filio Imperium occupat, eodem ab Latinis per Alexium suppetias vocatis mox exuitur.

Quâ arte Comnenos omnes figis?
Resp. Inter Isacium & Alexium M. quatuor intercedunt: duo Ducæ, Constant. & Michaël, infelix Diogenes & Nicephorus. Deinceps *Alexius*, duóque nominis diversi: Joannes, Manuel. Iterum *Alexius*, Andronicus, Angelus Isacius. Iterum *Alexius*, agmen Alexius Murzuphlus concludit.

LECTIO XI.

PERIODUS VI.

Latina.

LAtini seu veteres injurias ulturi, seu in auxilium vocati Constantinopolim occupant Anno 1204. Inde *Comnenis* Trapezunte, *Lascari* Nicæ Tyrannidem in-

invadentibus ; *Venetis* Cretam ;
Francis Proceribus varios Græciæ
 Principatus ad se trahentibus , in
 ruinam omnia inclinant.

S Æ C U L U M XIII.

1216. 1216. 1217. 1229.

O Baldûine, Henrice, Petre, Rober-
 1261.

te, ultime Baldûine.

Quid de his ? Resp. Balduinus
Flandriæ Comes, fociorum con-
 sensu Imperator creatus, in Hadria-
 nopolis obsidione capitur, ne-
 caturque à Græcis, Valachorum au-
 xilio valentioribus.

Henricus Balduini Fr. vir pace
 bellóque præstans , Bulgaros Ha-
 drianopolim tentantes fortiter
 reprimit.

Petrus Altifiodori Comes Româ,
 ubi Coronam à Pontifice receperat,
 redux Dyrrhachij à Theodoro La-
 scari dolo victus in Convivio ob-
 truncatur. *Robertus Petri Fr.* bre-
 vis Imperij & infelicis.

Balduinus II. dum conquirendis auxiliis Occidentem oberrat, Clafsisque Veneta, unicum haftenus rei Latinæ præsidium in Genuenses duceretur, Græci Constantinopolim suam furto recipiunt, *Balduinus* in Gallia consenescit.

PERIODUS VII.

Palæologorum.

1283.

Ordo *Palæologûm* est: *Michaël* trahit *Andronicum*.

1331.

Quid de his ? Resp. Michaël Palæologus Rudolpho Habsburgico æqualis, magni Spiritûs Princeps, Græcæ Romanæque Ecclesiæ Consensionem frustra molitur. Hoc regnante Turcæ Natoliam ab Euxino Ponto ad Lyciam subigunt.

Andronicus Senior *Michaëlis* Fr. magnus justitiæ cultor, at ab Lugdunensis Concilij decretis & Latinis alienus. Hujus ætate Turcæ Asiam in 7. Satrapias partiuntur. *Ottomannus* Prusæ in Bithynia

regiam , gentémque Græcis fata-
lem condit. Quorum rerum tæ-
dio victus Andronicus cucullum
fuit.

SÆCULUM XIV.

1341.

1355.

Post Andronicus (Cantacuz) Calo-
1384.

Joannes.

Post Andronicum fiet locus E-
1425.

manueli.

*Quid de his ? Resp. Andronicus Ju-
nior in senio rem avum impius, in
Turcas prosperè pugnât.*

Cantacuzenus duorum Andro-
nici liberum Tutor stabiliendæ,
quam invaserat, tyrannidi cum
Turcis fædus init, filiam Orchani
despondet, sedes in Thracia attri-
buit, in exitium omnia præcipitat.
Victus & exauthoratus, Mona-
chum agit & historicum meliorem,
quàm Imperator fuerat.

Calo-Joannes Palæo. Contra Bul-
garos Turcarum auxilia accersit.
Vin-

Vincit Amurathes Bulgaros ad Callipolim, & Hadrianopolim rapit, ubi deinceps horum Barbarorum Regia.

Andronicus Palæo. Bajazethis ope Constantinopoli potitus Calo-Joannem Patrem & Emanuelem Fr. Carceri includit. Hinc verò elapsus

Emanuel Bajazethi, cujus armis Fratrem depulerat, tributum ingens pendit, Castra Turcica pro Socio affectari jussus, propè in servitutem se addicit. Inde Lutetiam abit, auxilia mendicaturus. Actumque erat de Græcis, nisi Sigismundus Cæsar, dein Tamerlanes distinguendo Bajazethi velut è machina intervenisset, moriens Imperio in quinque filios stolidè diviso, vulnus insanabile infligit.

S Æ C U L U M XV.

1445.

1453.

Restas ergo Joannes, Constantine miselle.

Quid de his? Resp. Joannes Venetias

tias concurrat ; Ferrariensi consilio interest. Turcis interim in Ungariam averfis, multumque ad Crojam, Belgradum, cum Scanderbego ac Huniade luctantibus, atque ad Varnam victoribus.

Constantinus emortuo jam per partes Imperio in agone est ; post biennē ferē obsidionē Constantinopolis ipsa à Mahomete II. alterā Pentecostes feriā capitur, cujus tristissimo excidio Imperator ipse involutus in turba fugientiū conciditur.

Ut hos memoriā retinebis ? Resp. Uti Comnenis 3. Alexij, ita hīc 3. Andronici. Illis Manuel unus, unus Calo-Joannes ; his item, vel Post Michaëlem Stirpis caput A. A. dein C. C. denique A. E. I. adde Constantinum.

E quibus Authoribus hanc Historiam repetes ? Resp. Ordinar à Zonara. Hunc Continuat Nicetas Acominatus ; hunc Nicephorus Gregoras, Gregoram Laonicus Chalchondylas. Hi quatuor historiæ

storiæ Byzantinæ Corpus consti-
tuunt.

Anacephalæosis.

*Da compendio vastæ historiæ Chrono-
logiam?* Resp. Semilatinis Cæsari-
bus adversus Hunnos, Gothos,
Persas strenuè defenditur. Sub
Heraclianis à Saracenis vehementer
imminuitur, sub *Leonidis* à Bulga-
ris turbatur. Sub *Basilianis* utcun-
que consistit. Sub *Comnenis* ab
Turcis laborat, per Latinos ferva-
tur. Sub *Latinis* frustatim lacera-
tur. Sub *Palæologis* extinguitur.

*Nullius parallellismi in mentem ve-
nit?* Resp. venit. In Bajazethe Ri-
cimerem cadentis Imperij arbi-
trum; In Tamerlane Odoacrem,
in Constantino Augustulum videre
mihi videor.

*Cedo aliquas tantæ calamitatis Cau-
sas?* R. Constantinorum Monoma-
chia & Ducæ ignavia, Commeno-
rum cum Latinis dissidia, Palæolo-
gorum cum Turcis fœdera, divisæ
in Principatus, velut multos rivu-

ios Imperij vires, Græcorum scele-
ra; hæc ferè sunt, quæ rem perdi-
dère. Qui, ne Latini subsidio ve-
nirent, absterrebant? exitiabilis
religionum diversitas, Angliæ cum
Francis, Venetorum cum Genuen-
sibus pertinacissima ac diuturna
bella, Rudolphi ac Caroli IV. Cæ-
sarum intensiora pro Domo sua stu-
dia, Sigismundi infelicitas, Fri-
derici IV. parsimonia, aliorum in-
ter se, & à Pontifice dissidentium
cessatio, comperta Græcorum, er-
ga Latinos perfidia.

Repete omnium Cæsarium nomina?

*Resp. Constantini sunt octo: Ex He-
raclianis Pogonatus, ex Leonidis
Copronymus, & Irenes filius, è Ba-
silianis Porphyrogenitus, & longæ-
vi Basilij Collega. E Fæminino ad-
ditamento: Monomachus, è Com-
nenis Ducas, è Palæologis infe-
lix ultimus.*

*Nicephori tres, tribus familiis fa-
tales aut intermissi: Logotheta
Leonidarum expulso, Phocas Ba-
silia-*

filianorum, Botoniates Comnenorum interpolator.

Michaëles octo, tres ex Iconoclastis, Curopalates, Traulus, tertius ex fæminino additamento, Paphlago, Calephates, Stratonicus. Ex Comn. Ducas, denique Palæologorum Caput.

Leones quinque, è semilatinis primus Iconoclastum Princeps. Ex iisdem Armenus, & Basilij filius, Philosophus, hujus nepos.

Alexij quatuor, è Comnenis magnus, senior, junior, & horum hostis Murzuphlus.

Andronici quatuor, unus inter Comnenos, tres inter Palæol.

Basilij duo : alter gentis caput, ejusque abnepos Constantini Collega.

Romani duo : Argyropylus è Basilianis, strangulatus ab uxore. Diogenes inter Comn. captus à Turcis.

Emanueles duo : Comn. Palæol.

Joannes quatuor, Zemifces è Ba-

ilianis, Calo-Joannes è Comnen.
alter, è Palæolog. alter, penulti-
mus ex iisdem.

Justini duo è Semilatinis:

Justiniani Duo, Magnus, & Rhi-
motmetos ex Heraclianis.

Anastasij duo, alter è Semilatinis,
ex additamento Heracliano alter.

Theodosij item duo ex iisdem.

Tiberij duo, alter è Semilat. alter
ex Heraclianis.

Isacij duo, Comnenus, & Angelus.

Balduini duo, Latinorum primus,
& ultimus.

Singulares sunt Arcadius, Martia-
nus, Zeno, Mauritius, Phocas, He-
raclius, Constans, Leontius, Phi-
lippus, Theophilus, Henricus, Pe-
trus, Robertus, Cantacuzenus.

LECTIO XII.

Historiæ Turcicæ Chronologia.

NOvam Romam cum Imperio
Anno 1453. occupant Turcæ,
gens olim pastoritia, moribus Bar-
bara, Religionibus obscæna, armis
in-

invieta , Castigandis Christiano-
rum sceleribus à DEO immissa.

*Opera pretium fuerit , tam vicinæ
nobis gentis origines progressusque de-
libasse.* Resp. Incipit eorum histo-
ria ab A. C. 1000. quando Perside,
ac deinceps Syriâ cum Hiero-
solyma subactis, latè inclararesce-
re , ac timeri cæpere. Periodos
constituo quatuor.

I. *Rei Turcicæ Incipientis* sub
Principibus Aladinis Iconii Sul-
tannis , trium præcisè sæculorum,
ab a. 1000. ad 1300.

II. *Crescentis* sub Ottomanni-
darum familia partim Prusæ: par-
tim Hadrianopoli regnante, unius
ac dimidii sæculi, ab an. 1300. ad
an. 1453.

III. *Florentis* sub Constantino-
polis Imperatoribus uno ac dimi-
dio sæculo, ab a. 1453. ad a. 1604.

IV. *Declinantis* sub iisdem ab a.
1604. ad a. 1715.

Turcia Incipiens, seu Aladinia.

E Verso in Asia Saracenorum regno Aladinus Iconij regnum & familiam per tria Sæcula regnatricem condit, quicum celeberrima Christianis occidentalibus bella.

Cuperem plus lucis. Resp. Affundam, Turcæ, Scythica gens jam Basilidarum ætate è Caspiis portis egressa in Armeniam se infundit, atque ad Araxem fl. sedes certas ab Imperatoribus obtinuerat. Abjecta verò pastoritia vivendi ratione arma tractare aggressi à Saracenis Persis stipendio conducti, facti è sociis hostes Persiam deletis Saracenis sibi afferunt. Tantâ prædâ diu gaudere non licuit, quippe mox ab Tartaris Chorasmiis dejecti, in Asia novas sedes conquirunt, brevique Syriam cum Hierosolymis Saracenis ijsdem extorquent. Palæstinâ verò ac Nicæâ per Godefridum Bullionium depulsi Iconij Aladino Principe regni

gni sedem constituunt. Atque
hæc ab a. 1000. ad 1100. seu seculo
undecimo.

Sæcul. 12. ac 13. Aliæ ex aliis
Francorum Regum, Germanorum
Cæsarum expeditiones, Græco-
rum item arma, ac præ cæteris vi-
cini Tartari tantum negotij Aladi-
nis præbuere, ut ægrè fines tue-
rentur, nedum de proferendis co-
gitarent. Extinctâ Aladini fami-
liâ Turcæ, procures Asiæ Provin-
cias inter se partiuntur. Otto-
manno cæteris eminentiori Bi-
thynia sortito obtigita. 1300. Con-
stabilito Prusiæ regno, Cæteros
Regulos facilè subigit. Atque
hujus posteritas hodieum nus-
quam interruptâ serie imperans,
innumeris rem Christianam malis
gravissimè afflixit.

PERIODUS II.

Turcia Crescens, seu Ottomaniica.

Ottomaniidæ intra 153. annos
Magnam Asiæ partem; Ha-
drianopolim deinceps, Serviam,
F 6 Bul-

Bulgariam, Græciam ipsam cum Peloponneso occupant, Ungariam infestant, viribus immaniter augentur.

Quinam fuere Ottomanni posteri?
Resp. *Orchanes* Ottomanni F. Nicæam, ac Nicomediam Græcis eripit. Cantacuzeno, cujus filiam habebat, favente primus in Thraciam populabundus transit. m. a. 1258.

Amurathes I. triginta præliis victor à Calo-Joanne Palæ. stolidè auxilio vocatus, Hadrianopolim Regiam transfert, Serviam, Bulgariam ditioni suæ adjicit in prælio cæsus m. 1389.

Bajazethes I. Fulmē ab suis dictus, Sigismundum Cæsarem ad Nicopolim atroci strage afficit. Macedoniâ, vicinisque regionibus debellatis, capturus erat Byzantium jam diu obsessum, nisi Timur-chan Tamerlanes vulgo immanem belluam victam, captamque Caveæ inclusisset. m. 1401.

SÆCULUM XV.

Mahometes I. prudenti consilio colendam sibi Græcorum amicitiam censuit, dum rebelles fratres Solymannum, Issenum, Musam edomaret, concisas Turcarum vires veluti è naufragio colligeret. m. 1414.

Amurathes II. Atroci vir ingenio Thesalonicam Græciæ partem, & Peloponnesū Palæologis eripit, Belgradum frustra oppugnat; Ladislaum Vng. Regem ad Varnam cædit, ab Georgio Castriotto aliàs Scanderbego, & Joanne Huniade multis cladibus mutilatus irritæ obsidionis Crojanæ dolore contabescit a. 1451.

PERIODUS III.

Turcia Florens, seu Imperatoria.

Capta Constantinopoli auctisque immensum viribus intra 147. annos Syriam, Ægyptum, Africae, Persiæ, Ungariæ magnam partem admirandis progressibus Imperio adjungunt Turcæ.

Quinam hi fuere ? Resp. *Mahometes II. Magnus*, difficile dictu sit, quantas res gesserit. Præter Constantinopolim, duo Imperia, Græcum Palæologorum, Trapezuntinum Comnenorum excisa, regna subegit duodecim, urbes munitas ducentas. Uscimassanum Persam ingentibus cladibus sæpe devicit, Belgrado Propugnatorum virtute rejectus Bosniam subigit, Hydruntum in Apulia occupat, solâ morte quin vetere quoque Româ potiretur, impeditus. Asiam, Europam, Affricam sui nominis, ac ultimæ, quæ in hominem cadere possit, crudelitatis terrore concussit. m. 1481.

Bajazethes II. Venetis loca aliquot adimit, cæterâ voluptatum vinique amantior, quàm armorum magno Christianorum bono. Ab filiis Zeme dein ad Christianos profugo, ac Selymo variè exagitatur, & ab hoc denique necatur, anno 1512.

S Æ C U L U M XVI.

Selymus I. Avo quàm parenti similior, Ismaëlem Sophi Persam in Calderanis Campis memorabili prælio profligat anno 1514. Altero post anno Mamaluchorum Ægypti regnum evertit suspenso Tomumbejo rege, Syriâ item totâ cum Palæstina potitur. m. anno 1520.

Solymanus II. Imperatoriis virtutibus, felicitate mirabili Majores suos omnes longè excedens animis & cupiditate orbis universi Imperium, Alexandri M. æmulatione complexus. Nam & historiis legendis delectabatur, & Litteratos impensè fovebat. Ludovico Ungariæ Rege ad Mohatsium cæso Belgradum, Budam capit; Vienneam tentat anno 1529. sed à Carolo V. repellitur. Rhodum Equitibus, Chium Genuensibus eripit, Persas per F. Mustapham fundit, in obsidione Sigethi apoplexiâ interit 1576.

Selymus II. Primus Sultanorum per Legatos bella gerit. Cyprum Venetis extorquet, Classem ad Naupactum seu Echinadas celeberrimo prælio per Joannem Austriacum profligatam amittit. m. a. 1574.

Amurathes III. post grave cum Persis bellum Taurisium metropolim, in Ungaria verò Jaurinum in potestatem redigit, utrôque haud diu post excidit; illud aperto Marte, hoc furto recuperatur. m. 1595.

Mahometes III. Agriam ipse, Canisam per legatum expugnat. m. 1604.

Quâ industriâ barbara nomina retinebis? Resp. facilè & versibus de more pulchellis.

Ethes-Zethes ambo secundi. Deîn Solymanus.

In medio Selimûm. - Athes,-Ethes, tertius ambo.

PERIODUS IV.

Turcia Declinans.

Invieta hætenus Turcarum virtus,

rus , seu immodicâ Janitsarorum
potentiâ, seu Principum securitate
ac luxu, & imprimis Numine quo-
dam elanguit.

*Horum quoque Imperatorum no-
mina ede.* Resp. Ahmetes nulla
re, nisi ignaviâ suâ nobilis m. 1617.
Mustapha ob crudelitatem in carce-
rem retrusus. *Osmanes* à Janitsaris,
quorum ordinem extinguere mo-
liebatur, strangulatur a. 1622. *Mu-
stapha* folio redditur, ac sponte
decedit a. 1623. *Amurathes* IV. ad-
versus Persas infelix, cum Ferdinan-
do II. pacem icit m. 1640. *Ibrahi-
mus* I. in carcere à suis præfocatur
1648. *Mahometes* IV. Candiâ Im-
perio adjectâ celebris; Varadi-
num & Uivarinum subjugat; ad S.
Gothardum illustri victoriâ ad pa-
cem compellitur. A. 1683. Vien-
nam obsidet, cæditur; Ungariâ fe-
rè totâ excidit. Post cladem ad
Mohastium acceptam suis invisus
exauthoratur, a. 1687. *Solymanus*
III. Belgradum recuperat. m. an.
1691.

1691. *Abmetes* II. bellum continuat, moritur in carcere a. 1695. *Musiapha* II. ad Zentam fusus fugatusque, Pacem cum Leopoldo Cæsare, Venetis, Polonis Carlovicij componit, exauthoratur an. 1703. *Abmetes* III. hodie imperans Peloponnesum Venetis tanto sanguine partam, una æstate adimit, magnūque bellum minitans, pulcherrimam occasionem offert Christianis hac peste orbem liberandi.

Quibus ex authoribus Turcica petes? Resp. Sunt hi Georgius Phranza, Laoncius Chalcondyles, Hottingerus, Jao. Leonclavius, Paulus Jovius, Joannes Sagredo, &c.

Anacephalæosis.

1. Anno ab milleno *per sæcula terna*
Aladini

Iconij incipiunt, cum Francis bel-
ligerantur.

2. Ab *terrent* ad Constantinopolim Superatam

Osmanes Prusiam, Orchanes Ni-
comædi, Nicaenam

Am-

Amrathes Hadrianopolim, Thracēs,
regiones

Vicinas. Bajazethes nobis facit
atram

Nicopolim, caveam Timuri-Chani
subit ipse

Mahmetes rem restituit, Pugnas
Amurathes

Graciam habet, Varnam notat, ob-
stas Huniade, Scandei bege.

3. Totum Græcorum Imperium Ma-
gnus Mahometes.

Bajazeth parum agit; Selymus Sy-
riam, Ægyptumque,

Suleiman Rhodon, Ungariam, te-
stare Mohatsum.

At Selymus Cyprum. Naupacti ca-
ditur horrendè.

Amrathes Persas & Taurunum, Ja-
varinum

Mahmetes Agriam ipse capit, mise-
ramque Canisam.

4. Ab sexcentesimo languescit Turci-
ca virtus.

L E C T I O XIII.

Romano - Germanici Imperij Chronologia.

Romanum Occidentis Imperium in Augustulo Sæc. 5. Collapsum; à Carolo M. in Franciam Sæc. 9. deinceps in Germaniam illatum, hodicum magnâ gentis nostræ gloriâ apud nos persistit.

Quot huic periodos seu conversiones memorabiliores assignas? Resp. quatuor admodum. Sit ergo

I. *Franco - Germanica*, Caroli M. posterorum, nempe ab an. 800. ad 912. annorum 112.

II. *Germanica tergemina*, seu Saxonum, Fraconum, Cæsarum, nempe ab a. 912. ad 1253. annorum 336.

III. *Austriaca mixta*, Austriacorum aliorumque Cæsarum ab an. 1253. ad a. 1437. annorum 167.

IV. *Austriaca* ab an. 1437. ad an. 1725. annorum 288.

PERIODUS I.

Francica Carolinorum.

Carolus Magnus Franciæ, Germaniæ, partium Italiæ, Hispaniæ, Pannoniæ potens summi Pontificis & populi R. acclamatione Occidentis Imperium restituit, sed idem divisus in filios regnis graviter labefactat.

814.

Instaurat Carolus Magnus, pietas

840.

Lodoici,

855.

875.

Inquies Lotharius, Ludovicus, Ca-

877.

rolus quoque Calvus,

879.

888.

Infirmus Ludovicus Balbus, Carolus quoque Crassus.

900.

Impar Arnulphus, Germano sanguine cretus

912.

Ludvicus . .

SÆ.

S Æ C U L U M IX.

Quid illud *impar* Arnulphus ? R.
Sex tantum genuini censentur Ca-
roli M. nepotes Cæsares. Nec in
eorum censum venit Arnulphus ex
impare matre natus, cum filio Lu-
dovico.

Quid de his octo ? Resp. 1. *Carolus*
M. Franciam imprimis totam, Sa-
xones 33. annorum bello, Sarace-
nos in Hispania, Huños, Avars in
Pannonia, Thassilonem rebellan-
tem in Germania, Longobardos in
Italia rarâ felicitate debellat, iccir-
co ab Hadriano Pont. Augustus &
Imperator A. 800. acclamatus. Pa-
cis artibus non minus clarus, bo-
nas Litteras excitatis Gymnasiis
excitis undique viris doctis, Reli-
gionem dotata S. sede, conditis
Episcopatibus, cænobiisque, plu-
rimis mirè promovit, de humano
genere præclarissimè meritus. obiit
An. 814.

2. *Ludovicus pius* insigni religio-
ne, in superos pietate, hoc nomen
com-

commeritus, ab impiis tribus filiis
dirè exagitatus, Episcoporum item
iniquissimâ sententiâ exauthora-
tus, Monasterio inclusus, restitui-
tur, denique genti suæ ac reipubli-
cæ pessimè consulit diviso in tres
filios Imperio.

3. *Lotharius* cum Fratribus cruen-
to rebûsque Francicis fatali prælio
concurrit; in quo utrinq; 100000.
Cæsa, nervi ipsi potentiæ Gallicæ
incisi. Melius in Hunnos ad Co-
lapim Croatiæ amnem dimicat. 9.
Suæ impietatis in patrem poenas
sumpturus ipse, in monachum at-
tondetur.

4. *Ludovicus II.* Lotharij Frater,
pius, comis, justus Princeps Sara-
cenos in Italia, & Adalgisum Be-
neventi Ducem profligat.

Carolus II. Calvus arrogans, vafer,
bello infelix, brevis, biennis nem-
pe Imperij.

5. *Ludovicus III. Balbus*, ita ab
linguæ vitio cognominatus, cor-
pusculo infirmo, animo regijs cu-
ris

ris impare, post biennii Imperium decessit.

Carolus III. Crassus, uti corpore, ita ingenio obeso & segni, Normannis tum grassantibus Neustriam turpiter concedit, eâ causâ è Comitiorum sententiâ gradu dejectus, eò calamitatis redigitur, ut vitam mendicato toleraret. Haftenus genuini Caroli M. Successores.

Arnulphus Ludovico (3tio Ludovici Pij filio) Germaniæ regnum obtigerat, huic Carolomanus successit, è quo sed impare thoro genitus est Arnulphus, per cujus ignaviam miserè scinditur Imperium, Italiam Guido spolatus, Galliam Eudo, Burgundiam Rudolphus regum nomine invadunt. Excitatus demum Normanorum ignibus eos ad Lovanium magnâ victoriâ contundit. Romam item Duce Lepore capit.

Ludovicus IV. Carolinorum ultimus isque impubes sub tutoribus annos imperat 12. Hunnis interim Pro-

Provincias immensis cladibus ex-
haurientibus.

*Exime è pœnu industriæ aliquid,
quo Carolingas hos in memoriam info-
dias. Resp. Si Lotharium ordine
tertium excipias, alternis sibi Ca-
roli & Ludovici succedunt. 2.
Primi tres strenui & Longævi ut-
cûmque, tres reliqui à corporis vi-
tiis dicti: Balbus, Calvus, Crassus.
Finiunt in tribus octonariis: 888.
Semigermani Arnulphus & Ludo-
vici, singuli 12. annis regnant,
fuit adeò periodus hæc 112. añorū.*

PERIODUS II.

Germanica Tergemina.

EXtinctis Carolinis Imperij De-
cus in Germania deinceps
conquievit. Primi Saxones, dein
Francones, demum Suevi singuli
fere singulis Sæculis imperârunt,
Italicis ac Syriacis expeditionibus
celebres.

*At qui Itali scriptores Ludovicum,
Conradum, Henricum Aucupem, quod
Romanæ coronæ causâ non adierint, Im-*

G

pera-

peratores non agnoscunt, eorūque loco Guidonem, Berengarium, Lambertum supponunt? Resp. Hos verò Germani vix pro Italiæ Regibus habent, Imperatores nunquam agnovêre.

Plura de his Italiæ Regibus cuperem?
 Resp. Jam A. 888. Guido quidam è Caroli calvi comitatu Spoleti Dux imperatorios sibi titulos arrogavit, eoque per Arnulphum dejecto Lambertus Guidonis Fr. Imperium invadit An. 895. Hunc Berengarius Forojulii Dux a. 910. Berengarium Ludovicus Provinciæ comes expellit. Ludovicum collecto denuo exercitu capit, & exoculat idem Berengarius jam tertio restitutus. Inquietum hominem denique Radolphus Burgundiæ Dux prælio victum interficit a. 924. Successit Hugo Arelati Comes, qui sponte monachum induit a. 945. Lotharius Hugonis F. m. a. 950. Deinceps Berengarius II. Jvreæ Marchio, primi nepos, regno dejectus ab Othone
 m. a.

m. a. 964. Albertus Bereng. F. ab eodem Othone in Bavariam relegatus A. 966. Atque ita turbis ac pseudo-Cæsaribus Italicis post annos 78. finis impositus est.

Ecquid Germanici Cæsares hæc tulere ? Resp. Normannorum irruptiones, anniversariæ Hungarorum grassationes, Germaniæ rebelliones, nîl mirum, si Cæsares, domi affatim impeditos ab externis curandis retinuere.

§. I. *Saxonici Cæsares.*

Saxonici gentis Cæsares sex sæculo decimo, recuperatâ Italiâ, defensâ adversus barbaros, Legibusque ordinatâ Germaniâ benè de Imperio meruere.

Quinam hi sex ? Resp. Horum primus Conradus, Franco quidem fuit, postremus Henricus Bavarus, ordinis tamen causâ Saxonibus accensemus utrûmque.

919.

Ludovicus Saxonici (Conradus)

G 2

Hen-

936.

Henricius Auceps.

973. 983. 1002.

Laudati tres Othones, Bavarum ad-
jice sanctum, ac

1024.

Manfuetum Henricum - - -

S Æ C U L U M X.

Quid de his ? Resp. Conradus I.
Franconiæ Dux, Animo, corpore,
militiâ, rerum usu præstans, rebel-
lantes Baviaræ, Alemanniæ, Sueviæ
Duces exilijs ac supplicijs in or-
dinem redigit. Moriens Henri-
cum Aucupem Saxonem, capita-
lem antea hostem, successorem ad-
optat.

Henricus Auceps. Religione in-
ter Vandalos, Henetos, Danos,
Normanos propagatâ; 40000. Un-
garorum ad Merienburgum dele-
tis, Lotharingiâ adversus Francos
fortiter assertâ Sueviæ & Baviaræ
Ducum seditione compressa, Bo-
hemiâ & Pragâ ad obsequium reda-
ctâ longè illustrissimus. Idem I.
Mar-

Marchionatus Germaniæ limitibus in barbaros tuendis, Brandeburgensem, Slesvicensem, Austriacum adversus Henetos, Normannos, Ungaros; II. Ludos equestres seu torneamenta (vulgo *Turnier*) instituit, Germanicæ nobilitatis Seminarium & lapidem lydium.

Otho Magnus Aucupis F. Carolo M. virtute par & gestis, Franciam, Italiam, Burgundiam, Bohemiam, Daniam, Hungariam victorijs percurrit, Italorum regnum excindit; Ungaros ad Augustam internecione delet, tribus eorum regibus suspensis. Finibus Imperij latè amplificatis anno Imp. 37. moritur.

Otho II. Rebellantes Germaniæ Principes exarmat; tot injurias ulturus Græcis Apuliam ac Calabriam adimit; etsi prius victus, ac tantum non captus. Saracenis item Italiam repurgat, adeò in hos felix, ut *Pallida mors Saracenorum* cognomento diceretur.

Otho III. Literatus, Comis, sapiens

piens Princeps ob eximiam morum suavitatem *mirabilia mundi* cognominatus. Nec bello minùs fortis Crescentium Romæ vel Consullem, vel Tyrannum in Crucem agit, Campaniam, Capuamque Saracenis eripit; Boleslaum Bohemiæ Principem Regem appellat.

SÆCULUM XI.

S. *Henricus*, *Claudi & casti* cognomina fortitus, Henrici Aucupis ex Henrico Bavaro nepos, Franconiæ ac Sueviæ Ducum Seditionem componit. Episcopatum Bambergensem ac mille templa condit. Ab Græcis Calabriam, Apuliam iteratò recuperat. S. Stephano Hungariæ Regi Gisellam sororem collocat. Maritus & Virgo moritur.

§. II. *Francones Cæsares.*

E Quatuor Franconicæ gentis Cæsaribus duo Laudati, duo susceptis cum Pontificia sede inimicitiis immaniter turbulenti. His Lotharium Saxonem adjungimus.

Fran-

1039.

- - Francos Conrade Secunde
1056.

Magnificas. Henricus ternus bene,
1106.

sed malè quartus.

1125.

Nil melior Quintus. Francum au-
1137.

ge Saxo Lothari.

Quid de his? Resp. Conradus II. Sa-
licus jam admoto ad Ungariæ fines
exercitu diffidium cum S. Stepha-
no R. pactionibus componit; Bur-
gundiam ab 130. annis suis Regi-
bus gubernatam Germaniæ suæ ad-
jicit. Italos Lusatiósque tumul-
tuantes authoritate & armis com-
pescit. Imperium totum (at quan-
tò, quàm illud Adriani angustius!)
ipse obit.

Henricus III. Niger. Præclaris ad
regnandum dotibus à natura com-
paratus Burgundiam firmat, Bohe-
miam in ordinem redigit; Unga-
ris ter victis Petrum Regem iterum

imponit, sed pellendum mox, & exoculandum.

Henricus IV. Quo nemo Cæsarum inde ab Julio Cæs. ingenio, belli pacisque artibus Major, nemo hominum infelicior. A Gregorio 7. Pont. Jus Episcopi per baculi & annuli insignia instituendi (*investitura* vocant) sibi vendicante excommunicatus; dein humiliter pœnitens; atque iterum impius, Pontificis sententiâ Imperio dejicitur. Rudolphum Suevum ejus loco suffectum in prælio occidit; Conradum filium eâdem causâ rebellem victumque abdicat; ab Henrico, altero filio, regno destruitur, miserè moritur, mortuus etiam exhumatur.

SÆCULUM XII.

Henricus V. lisdem Pontificiis, fulminibus eâdem causâ perustus ab Saxonibus pertinacibus bellis fatigatus, Jus denique *Investiturae* tot odiis agitatum tædio victus ejurat.

Lotharius Saxo. Imposita Ecclesiæ per Henricos vulnera mirâ pietate confanat, Rogerium Siculum Calabriâ & Apuliâ, quam occupaverat, exuit. Legum Justiniani codicem repertum, primus in scholas inducit.

§. III. *Suevici Cæsares.*

Suevici Cæsares ut Sacris expeditionibus illustres, ita Pontificiis odijs infames.

1152.

Nobilis hinc Suevus, Conradus Fri-

1190.

1198.

dericus & Henricus.

1208.

1216.

Occidêre Philippe (Otho) cedes

1250.

Friderico.

Quid de his ? Resp. Conradus III.
Sueviæ Dux primus Imperatorum expeditionem in Palæstinam cum Ludovico VII. Franco suscipit, càmque admodum infelicem. Per celebri proscriptione Henricum Guelfsum superbum Baviariæ simul

& Saxoniae Ducem rebellem deprimat, inde enata Guelfforum & Gibellinorum seditiosa inter Italos nomina, multis sæculis magnas strages datura.

Fridericus I. Barbarossa, si in Pontificem odium excipias, virtute vir & animi magnitudine incredibili, Italiam septies variâ fortunâ ingressus Mediolanum sæpius rebelle funditus dirutum sale conferit. Demum Alexandro III. Pont. memorabili pace Venetiis conciliatus, in Asiatica sacra expeditione, in Cydno fl. miserè submergitur.

Henricus VI. Friderici F. Siciliam Constantiæ uxoris dotale regnum obtinet. Siculi, quorum conjurationes severiùs castigaret, *Asperi* cognomen ei indidère.

SÆCULUM XIII.

Philippus Henrici Fr. ab æmulo Othone Bavaro multùm divexatus, ab Othone Wittelsbachio parricidio tollitur.

Otto Saxoniae Dux per causam im-

impugnati contra datam fidem Friderici sacris interdictus, bello item contra Gallos infeliciter gesto animi mærore contabescit.

Fridericus II. Henrici VI. F. in quo nihil mediocre, virtutes summæ, & vitia. Ipso statim regni aditu, quod contrà ac receperat, Palæstinam negligeret, excommunicatur. Quo terrore permotus Hierosolymam urbem, Regnūque magnâ gloriâ recipit. Italiam factionibus ardentem pacaturus in Guelffos ac Sacerdotes dirè defævit, variis causis quinques excommunicatus, solutis fidei Sacramento populis, excitatis anti-Cæsariibus, provinciis ad rebellandum vocatis, à Manfredo filio Notho culcitæ injectu, præfocatur. Cave credas omnia, quæ de hoc Imperatore sanè atrocia apud scriptores invenies.

Prome aliquid industria, quæ hujus Periodi Cæsares figas, ne elabantur.
Resp. Singulæ familiæ à *Conrado* in-

cipiunt, jam de capitibus certus sum. Saxones, tres successim *Othones*; Francones, tres *Henricos*, Suevi duos *Fridericos* censent. Saxo-
nibus *Henricus Sanctus*, Franconi-
bus *Lotharius Doctus* annectitur.
Suevi duo *Friderici*, *Philippo & Ot-
hone* interpolantur. Ergo primam
familiam *Othonianam*, alteram *Hen-
ricianam*, tertiam *Fridericianam* di-
cam.

L E C T I O XIV.

Germaniæ Interregnum.

COnsecuta 23. annorum Anar-
chia statum Germaniæ innu-
meris malis Cumulatæ vehementer
immutavit ac labefactavit.

Quæ hæc mala? Resp. Quæ enim
reipublicæ forma sit, ubi pro lubi-
dine nullâ legum, nullâ Magistra-
tuum reverentiâ quisque sibi Rex
videatur, ubi pro judiciis latroci-
nia (*faustrecht*) Regum jura & fun-
dos Principes sibi vindicent, atque
tot mala morâ atque impunitate
ita confirmentur, ut remedio vix
lo-

locus superfit, ut in gente libertatis cujuscuq; tenacissima.

Nemo igitur tum Rex in Israël?
 Resp. Umbræ Regum, qui rempublicam magis involverent, quàm adjuvarent, Vivente dum *Friderico Henricus Thuringius*, eoque intra annum demortuo, *Guilielmus Hollandiæ Comes Imperatores dicti*, sed hoc à *Frisiis* interfecto *Conradus Friderici F.* quadriennio se pro Imperatore gessit. Cum *Neapolim* diutius resistere ausam durius vexaret anathemate percussus, à *Manfredo* veneno potus m. 1254. Ne *Conradinus* *Conradi F.* eligeretur, *Alexander Pontifex* obstitit. Hoc verò cum familia sua extincto (nota est miserabilis *Juvenis* trægædia) *Electores* alij *Richardum Cornubiensem*, *Angli Regis Fratrem*, alij *Alphonsum Castellæ Regem* asciscunt; ille multis largitionibus frustra profusus coronatus quidem *Aquisgrani*, rebus desperatis domum redit. *Alphonfus*, *Germaniam* sibi

adeundam non putavit, litteris & contestationibus pugnare contentus.

APPENDIX.

De Expeditionibus in terram Sanctam.

SUB finem 11. 12. & 13. Sæculi magna ex reliqua Europa, maxima è Germania hominum multitudo Pietatis, gloriæ, Curiositatis studio ad Sacrum bellum in Palæstinam convolant.

Quot universim expeditiones susceptæ? Resp. quatuor præcipuè memorantur.

I. *Gedefridi Bullionij* Lotharingi cæque omnium celeberrima. Innumera Cruce signatorum multitudo, in exercitus octo divisa, quorum quaterni ab Ungaris, Bulgaris, Græcis, itinerum molestiis magnam partem consumpti periêre; Quatuor alij Godefrido Duce Nicæam, dein Hierosolymam año ejus sæculi ultimo, id est 1099. Christo, auspici nempe suo, ac Imperatori sub-

subjiciunt, verum ita imminuti, ut vix 30000. superessent. Constitit deinceps Regnum illud sub novem Regibus annis 88.

Anno 1101. post expugnatam Hierosolymam altero *Hugo* Philippi I. Franciæ Regis Frater multis, Proceribus comitatus 300000. suppetias laborantibus Palæstinis adducunt, quorum victoriis novum ac tenellum regnum validè constabilitum fuit. Reduces 150000. pars magna tempestatibus hausti, ab Turcis capti, immoderatum patriæ desiderium graviter luere.

II. *Conradi* Imperatoris, & *Caroli* VII. Galliæ Regis, autoritate & hortatu S. Bernardi concita An. 1146. Manuelis Comneni jussu Calx farinæ admista plurimos Germanorum perdidit, Conradum redire coëgit. Ludovicus quoque Antiochiâ frustra tentatâ plurimis amissis, captus à Turcis, & à Rogerio Siculo liberatus inglorius domum revertitur.

III. *Friderici Barbarossæ* cum 600000. Germanorū, non accensitis iis, quos *Philippus* Augustus Franciæ, & *Richardus* Angliæ secum trahebant, suscepta est a. 1189. *Fridericus* plurima à Græcis perpeffus cum paucis suorum (600. ajunt) 40000. millia Turcarum fugavit, Iconium cæpit, 200000. Saracenorum prælio vicit, tantisque rebus gestis Cydno flumine hauritur. Reges duo Ptolemaidem recuperant, atrocium diffidiorum tristem sementem.

Anno 1202. nova Gallorum, Italicorum, Belgarum Procerum expeditio, sed qui Palæstinâ omiffâ Constantinopolim dein expugnârunt.

IV. *Friderici* II. Imperat. A. 1228. Hierosolymam Sultano eripit, quæ tamen post annos 16. nempe an. 1244. Saracenis denique Chorasmiis cessit, atque hætenus Christiana esse desiit.

Anno 1248. S. Ludovicus Franciæ R. Tartarorum fuſſu Ægyptum invadit, Damiatam ſubigit, ſed ingenti prælio victus capitur à Saracenis, redditâ Lytri loco Damiatâ liberatur. Retentatâ nihilominus expeditione Tuncti in Affrica moritur.

Anno 1291. Ptolemais, quæ ſola Chriſtianis reſtabat, à Barbaris capta noménque Chriſtianum in Palæſtina deletum eſt funditus.

His copiis puto orbem terrarum obtineri potuiſſe. Reſp. ita, niſi Regum Ducúmque contentiones, conſilij inopia, itinerum longinquitas, Græcorum malitia incredibilis, Syria ipſa in Principatus diviſa, optimè cæpta corrupiſſent.

Quis hanc Hiftoriam conſcripſit? Reſp. omnium optimè Guilielmus Tyrius aliique, quos Jacob. Bongarſius in duos Tomos collegit, cum titulo: Geſta Dei per Francos.

❧ (162) ❧
PERIODUS III.

Austriaca Mixta.

Rudolphus Habsburgicus Austriacæ gentis parens, perditum propè Imperium victoriis restituit. Deinceps per varias familias vagaturum, dum in ipsius posteris conquiescat.

1291.

1298.

Optatus Rudolphus, sed Adolphum
1308.

Alberte triumphas.

1313.

1347.

Præficere Henricæ, Ludovicæ vin-
1330. cis Fridericum.

1378.

1400.

Persequeris Carolum, Wenceslæ
non passibus æquis

1410.

1437.

Rupertusque Palatinus, Sigis-quo-
mundus.

*Quid de his decem? Resp. Rudolphus
ex Habsburgi Comite Imperator
eodem anno creatus, quo Ertuculus
Ottomanni Parens nascebatur.*

Di-

Dirutis innumeris arcibus, latrociniorum nempe receptaculis, leges reducit, & judicia. Ottocaro Bohemiæ Regi victo cæsoque Austriam, Styriam &c. extorquet, Pietate, armis, condita æterna stirpe quidam Germaniæ nostræ Camillus, superiorum Cæsarum vestigiis territus, inter Imperij arcana habet, *Italiam non ingredi.*

Adolphus Nassovius Moguntini affinis sui operâ creatus, quod Angli Regis adversus Francum stipendiarium egisset; avaritiâ, insolentiâ, imperitiâ Principum animos alienâset, exauthoratur. Ab Alberto æmulo in prælio occiditur.

Albertus Rudolphi F. victoriosus dictus, ut qui duodecies signa contulerit, etsi non eadem semper fortunâ. Munificus, Lenis Princeps, & qui *Devotos Clericos, pudicas mulieres, strenuos milites* præcipuè in pretio haberet. A Joanne Sueviæ Duce, ex Fratre Nepote, nefariè ad Rhinfeldam trucidatur.

S Æ C U L U M XIV.

Henricus VII. Luxemburgi Comes multis in Italia præclarè gestis redux Florentiæ veneno infectâ hostiâ periisse traditur.

Ludovicus Bavarus, Fridericum Austriacum Pulchrum ab aliis Electoribus creatum acie superat, ac triennio in custodia retentum collegam asciscit. Vir undecunque summus, nisi laudes suas per atrociam cum tribus Pontificibus dissidia, multis tragædiis decertata commaculâisset, inter venandum equo delapsus interiit.

Carolus IV. Bohemiæ Rex aureæ Bullæ conditor, ut Pragam suam Bohemiâque ornaret, divenditis turpissima nundinatione Imperij juribus quovis hoste nocentior ea vulnera Germanæ Reip. imponit, quæ nulla ætas sanet.

Wenceslaus Caroli F. monstrum è gula, libidine, crudelitate compactum, ingenio servili, humili, obscæno, turpiter exauthoratus, Corona-

ronatus porcus & Germaniæ quidam Heliogabalus, ac S. Joan. Nepomuceni Nero.

Rupertus Palatinus Rheni, Vir egregiis ingenij dotibus ornatus. In Italia contra Galeatios parum feliciter pugnat, nec diu imperat.

S Æ C U L U M XV.

Sigismundus Brandenburgus Elector, Bohemiæ & Ungariæ Rex, Coacto ingentibus laboribus Constantiensi concilio, perniciosissimo schismate sublato celebratissimus, sed bello longè infelicissimus, ab Hufitis sæpe fugatus, ad Nicopolim à Bajazethe grandi strage devictus. Par Carolis & Othonibus futurus, si ad pacis artes belli felicitatem adjunxisset.

Tam diversarum Familiarum, & Cæsares retinebisne? & qua arte? Resp. Albertus duorum Comitum medius incedit, Nassovij & Luxemburgici. Reliqui è 4. Electoralibus familiis, Bavara, Bohema, Palatina, Brandenburgica, vis metrum?

Lu-

*Luxemburg, Bavarus, Böemi. Pala,
Brandéque-burgus.*

LECTIO XV.

PERIODUS IV.

Austriaca.

INde ab Romani Imperij initiis
nulla Familia regnavit diutius,
nulla meliores (& si de Germanis
Sermo) potentiores Principes de-
dit, quàm Austriaca, jam per annos
279. perpetuâ Successione, univer-
sum verò annis 309. imperans.

1439.

1493.

Rex Pannon Albertus, Fridericus,
1519.

Maximilianus.

1558.

1564.

Subsequitur Carolus, Ferdinandus,
1576.

1612.

Maxmiliane, Rudolphus

1619.

1637.

1657.

Tum Matthiâs, duo Fernandi, Ma-
1705.

gnus Leopoldus.

Vivat post Joseph Carolus, cum-
létque triumphos.

Quid de singulis? Resp. *Albertus II.*
Friderici pulchri nepos, Ungariæ
& Bohemiæ Regnum dote conse-
cutus, Moravos & Hussitarum reli-
quias comprimit, Polonos ejicit,
Turcas terret, magnis conatibus
præmatura morte eripitur.

Fridericus III. (si pulchrum ac-
censeas IV.) Ladislai Posthumi ex
Alberto geniti causâ vehementer
à Bohemis & Ungaris hunc Regem
repositentibus infestatur. In Ca-
rolum Audacem Burgundum bel-
lum gerit, dein pace facta Mariam
Audacis filiam Maximiliano suo
collocat, eoque matrimonio Bur-
gundicas dotales Provincias Au-
striæ acquirit. Pacis & ærarij re-
plendi justo studiosior habitus est,
ut, qui pereuntem Constantino-
polim otiosus spectârit.

Maximilianus I. Corpore ad mi-
raculum valido, animo non impare
Prin-

Princeps Magnanimus, frugalis, continentissimus idem ac Religiosissimus, bonarum Litterarum instaurator, Germaniæ Numa. Bella cum Venetis, Gallis, Bohemis, Turcis, Belgis, Helvetis vario Marte multa habuit. Brietius ingenio suo & mori indulget, dum cum *temerarium, insanum, stolidum, perfidum*, temerariâ sanè ac stolidâ libertate appellat.

S Æ C U L U M XVI.

Carolus V. Non Austriacæ solùm gentis, sed orbis terrarum decus & ornamentum, perfecti Principis exemplar, ruentis Reip. ac Religionum invictum Columnen. Cujus ea sunt gesta, ut ne tangenda quidem, in hac operis brevitate videantur.

Ferdinandus I. Caroli V. Fr. Concilii Tridentini promotor strenuus, justitiæ amore, humanitate in suos, consilii maturitate, modestiâ insignis, morum verò probitate tantâ, ut moriens nullam ab se lethalem

Iem noxam admissam unquam testaretur.

Maximilianus II. In Turcicis bellis sæpe spectatæ virtutis, pluratamen consilio, quàm armis perfecit. Septem ipse linguarum peritus, quod tamen ei cum Majoribus ac Nepotibus suis commune, litteratorum hominum commune asyllum habebatur, & erat.

Rudolphus II. Et ipse Patris exemplo doctorum largissimus Mæcenas ac Mathematicæ præprimis studiosus, sæpe in Ungaria victor, recuperaturus etiam totam, nisi victoriis suis non fatis usus, Pacisquæ foret amantior, quàm ea tempora ferrent. Michaëlem tamen Wai-vodam Transylvaniæ, Bathorium, Botskajum perduelles debellat; Jaurinum, Albam regalem, Novi-gradum recipit.

SÆCULUM XVII.

Matthias ante Imperium Belgicæ Prorex, Turcarum terror, sed à Fratre Rudolpho alienior, cui & Bohemiæ

hemia Cessionem extorquet. Lutheranos & Catholicos coagmentare nequicquam conatus, nec alia re clarior, quàm Ferdinandi II. adoptione.

Ferdinandus II. Fortitudine, Constantiâ, pietate, solertiâ nulli Imperatorum secundus, præferendus plerisque. Huic debet Germania, quòd hæretica non sit, Provinciarum rebellionibus, hæreticorum machinationibus, totius propè Europæ conjuratione petitus, DEO ac causæ bonitate nixus perstitit. Rebellem Bohemiam, Moraviam, Silesiam celebri in albo monte ad Pragam victoriâ in ordinem redigit, incumbentem Suetiam, Galliam, heterodoxam Germaniam sustinet invictus.

Ferdinandus III. Norlinganâ Victoriâ clarus. Post tricennale bellum, quo miserrimè conflagrârat, Germania, Monasteriense Pacem, Religionibus & Reipub. perniciosam, sed necessariam concludit.

Sue

Suecis Pomeraniam, hærtlicorum
fociis Gallis Alsatiam, præ aræ sci-
licet navatæ operæ pretium con-
cedere coactus.

Leopoldus à gestorum magnitudi-
ne, Consilij Sagacitate, diuturni
Imperij felicitate, virtutis præstan-
tia *Magnus* appellatus. Turcis per
clarissimas victorias Ungariam pro-
pè omnem, tot hætenus bellorum
spolium eripit. Gallis etiam uni-
versam Hispaniæ Monarchiam ex-
torturus, si pauculos annos super-
fuisset.

SÆCULUM XVIII.

Josephus Taurinensi victoriâ, Me-
diolanum, Neapolim, Mantuam;
Judogniensi magnam Belgij partem
vindicat, felix, si quisquam alius.

Carolus VI. Josephi Fr. relatâ ge-
minâ intra biennium, eâque me-
morabili de Turcis victoriâ, Tem-
siam & Belgradum recipit, totâ-
que Ungariam ab diuturno Otto-
mannorum jugo feliciter vindicat;
integrum subinde Siciliæ Regnum

ad reliquam Italiam adjicit. Futurum nempe ostendit, ut Majores suos omnes, quos virtute ac triumphis jam nunc æquat; famâ nominis, rerûmque gestarum gloriâ longè antecellat.

Unde horum historia? Resp. E Joanne Jacobo Fuggero, & Annalibus Austriacis Gerardi de Roo, præter innumeros alios variarum nationum scriptores.

Vnde verò reliquam Germania historiam? Resp. Varij extant Germanicarum rerum Collectores, uti sunt: Simon Schardius, tom. 4. Justus Rauberus tom. 1. Marquardus Frecherus tom. 3. Christianus Urstius tom. 2. Henricus Meibomius tom. 3. Godefridus Leibnüzius tom. 1.

Qui singularum familiarum proprij sint scriptores, è Struvij Bibliotheca Historica selecta condiscam.

LECTIO XVI.

Hispanæ Historiæ Chronologia.

Hispaniæ Historia, ut multis vicibus implicata in ramos multiplices diffusa paulò difficiliorem habet Chronologiam. Vetera illa, non est, quod memoriam declassent, Recentiora, præsertim quæ in aliarum gentium historiam influunt, paulò curatiùs tractanda sunt.

Periodos seu Epochas celebriores, multis iterum divisionibus subsecundas statuimus quatuor.

I. *Hispania Gothica* 3. sæculorum, nimirum ab A. 411. ad 713.

II. *Hispania Saracenico - Christiana* Sæculorum 8. nempe ab a. 713. ad 1492.

III. *Hispania Monarchica* sæculorum 2. id est, ab an. 1492. ad 1701.

IV. *Hispaniæ Monarchia divisa* ab a. 1701. ad 1725.

88 (174) 88
HISPANIÆ
PERIODUS I.

Hispania Gothica.

IN universa illa populorum sub
Honorio Imp. cluvione West-
gothi post captam Romam in Hi-
spaniam demigrârunt, eâmque Sæ-
culis admodum tribus obtinent.

Quod igitur Gothici regni ini-
tium statuis? Resp. sub initium sæ-
culi 5. An. 409. *Vandali* Suevis Ala-
nisque juncti Hispaniam omnem,
Honorij scilicet socordiâ inermem,
armis occupant, nec diu post an.
417. Seu Gothorum metu, seu me-
lioris agri spe in Affrica Vandali-
cum regnum constituunt. Hæsit
tamen Boeticæ, *Vandaliciæ* nomen,
& Suevi in Gallicia ad an. 585. re-
gnârunt. Eodem tempore *Alari-
eus* Gothus Stiliconis proditione
incitatus, post Romam direptam,
dum in Hispaniam, nempe ab Ho-
norio (quò hoc metu Italiam libera-
ret) concessam tendit, in itinere
emoritur. Successor *Attaulphus*
Cæ-

Cæpta persecutus Hispaniæ parte maximâ subactâ an. 411. regnum condit sub Regibus 37. ad Saraceniam irruptionem duraturum.

Etsi autem obscurior, nec momenti maximi est horum regum historia, eorum tamen nomina, ut institutum teneamus, strictim adjicimus.

S Æ C U L O V.

Attaulphus Gotho-Alaniam, deinceps Cataloniam, primus infidet, ut Romanis amicior ab suis necatur an. 416. *Sigericus* Collusionis item cum Romanis suspectus cæditur a. 417. *Wallia* post occupatam Aquitaniam & Narbonensem Galliam, quam Land-Gothiam dicit (hodie Languedociam) Tolosæ Regiam figit, m. 419. *Theodoricus* in Catalaunicis campis contra Attilam fortiter pugnans cadit a. 451. *Thorismundus* à Fratribus interfectus a. 466. *Enricus* Gothici juris conditor. Arelatense regnum occupat, Arium primus Gothorum

Regum proficitur, m. 483. *Alaricus II.* à Clodovæo Franciæ Rege Divina ope victus, Cæsusque. Gothi Gallicis Provinciis exuti ultra Pyrenæos in Hispaniam contrahuntur. m. 507.

S Æ C U L O VI.

Gesalricus Alarici Nothus regno pellitur a. 511. *Theodoricus* idem Italiæ Rex tutorio nomine Hispaniam administrat ad a. 525. dum denique justus hæres *Amalaricus* adolefceret, Clotildis maritus, ejus injurias Clodovæi filij, hujus fratres, ac ribello vindicant, m. 531. *Theudus* m. 538. *Theudiscus* effrænum libidinum ergo trucidatur ab suis an. 549. *Agila* item Cæsus a. 553. *Athanagildus* famosæ *Brunchildis* genitor m. 567. *Leovigildus*, S. *Hermenegildi* Filij Carnifex, orthodoxorum hostis atrox, Suevorum in Galicia regnum excindit, m. 586. *Reccaredus* Egregius Princeps, primus è Gothis hætenus *Arianis Catholicus*, eoque titulo à Gre-

Gregorio M. Pont in seræ posteritatis gloriam honestatus m. 601.

SÆCULO VII.

Luiba in tumultu occisus a. 602. *Vitericus* eodem fato interiit a. 608. *Gundemarus* m. 611. *Sisebutus*, quo regnante Mahometes sectam cudit post annos 100. universæ Hisp. fatalem, m. 619. *Reccaredus II.* m. 620. *Swintila* Romanis è Provinciæ Carthaginensis, ubi tum senescebant, angulo ejectis, primus toti Hispaniæ dominatur. Sacris interdictus, throno pellitur a. 631. *Sisenandus* m. 636. *Chintila* m. 640. *Tulga* m. 642. *Chindaswinthus* m. 652. *Receswinthus* m. 672. *Wamba* veneno hausto inutilis cellæ se includit an. 680. *Hervigius* m. 687. *Egica* an. 700.

SÆCULO VIII.

Vitiza à Successore exoculatur. *Rodericus*. Juliani Comitis operâ, cujus filiam Rex violârat, evocati è vincina Affrica Saraceni Arabes fuso 100000. exercitu, Roderico in-

perfecto, Gothico regno finem imponunt an. 713.

Quid hic servas? Resp. Sub finem 5. sæculi Galliâ pullos, sub finem 6. Catholicos, sub initium octavi delectos Reges Gothos. 2. in tot Regum cædibus eximiam gentis nondum satis sancti Evangelij suavitate edomitæ feritatem. 3. Profluentem ex horum Regum sanguine universam Hispaniæ nobilitatem, quod Carolus V. gloriabatur.

PERIODUS II.

Hispania Christiano-Saracenica.

INundatam An. 713. Hispaniam Saraceni, novis identidem ex Affrica subsidiis validi per octo propè Sæcula retinent.

Diu sanè. Ecqui autem? Resp. Fuere his ad victoriam prona omnia, quod Vitiza & Reccaredus tyrannidem haud obscure affectantes, arces plerasque diruissent, eoque facto gentem, ab omni ævo libertati assuetam ab se alienassent. Novum hoc Maurorum Imperium
duas

duas veluti periodos habuit. *Alteram* trium sæculorum ad an. 1000. florentem admodum ac felicem, Cum Calyphis Syriæ primum parent, Muhaviam dein suum ipsi Calypham legissent.

Alteram 5. sæculorum, sed càm inclinantem, quando circa a. 1000. in varia regna divisi, alij Cordubæ, Granatæ alij, aut Valentiaë, Murciaë, Saragossæ, Toleti, Olyssiponis Reges audiebant, Singuli per partes variis præliis deleti, qui universi consistere poterant.

Quid interim Christiani? Resp.

Collectis è tanto naufragio tabulis Christiani, varia & ipsi minuta regna erigunt, perpetuis inter se, ac cum Saracenis bellis conflictati.

Quæ hæc regna ais? Resp. 1. Legionis, Cæpit an. 717. 2. Navarræ an. 724. 3. Aragoniæ an. 780. 4. Castiliæ an. 965. 5. Portugalix an. 1093. In singulis paulum erit immorandum.

L E C T I O XVII.

Regnum Legionis.

Legionis aliàs Oviecti, & Asturiæ regnum, sub Regibus 24. adversus Saracenos fortiter se tuetur ad an. 1037. quo Castiliæ accrevit.

Obiter Reges perstringe. Resp. *Pelagius* Chindaswinthi Regis nepos collectis intra Asturiæ & Cantabriæ montes profugorum Christianorum reliquiis ad 6000. cum Saracenis congredi ausus 20000. interficit. Juvit mirabiliter tenebram adhuc dum rem Christianam Saracenorum in Galliam expeditio, quos ita excepit Carolus Martellus, ut è 400000. nonnisi 30000. reverterentur, moritur Pelagius an. 736.

Favila m. a. 738. Alphonsus I. quod gliscenti Arianismo strenuè se objiceret, *Catholici* nomen intermissum refuscitat. Bracaram, Viseum, Coimbram, Pampelonã Saracenis adimit non diu post amittenda. m. 769.

Froila I. m. 753. Aurelius tributum

centum virginum Saracenis pendit. m. 775. *Silo* an. 783. *Mau- regatus* Saracænorum ope tyrannus m. 789. *Veremundus* cucullum sumit 791. *Alphonsus* II. Castus virginum illud tributum detrectans de 70000. Maurorum victoriam insignem refert. Sub hoc Carolus M. Catalonicam expeditionem suscipit. Compostella item inclarescere incipit. m. 824.

S Æ C U L U M IX.

Ramirus I. ad Calagurrim 60000. Maurorum delet, D. Jacobi ope, cui præter devotam prædæ partem, tributum deinceps ab Hispanis pendit vult, m. 850. *Ordonius* I. Salamancam capit. m. 862. *Alphonsus* III. Magnus Vileum & Coimbram multis victoriis recuperat. m. 910.

S Æ C U L U M X.

Garzias dejecto Patre Alphonso infamis m. a. 923. *Ordonius* II. Ovieto Legionem regni sedem transfert a. 923. *Froila* II. Crude-

lis m. a. 924. *Alphonsus IV.* in fratris gratiam monachus a. 929. *Ramirus II.* multis præliis, interfectis a. 939. 800000. Saracenis inclutus m. 950. *Ordonius III.* m. a. 955. *Sanctius I.* *Crassus m.* a. 967. *Ordonius IV.* Malus. *Ramirus III.* pupillus m. a. 982. *Veremundus II.* Reliquorum Hispanorum Principum ope cruento certamine 70000. Saracenorum cædit. m. 999.

S Æ C U L U M XI.

Alphonsus V. in Visei obsidione occumbit a. 1027. *Veremundus III.* cum liberis careret, Sanctiam sororem regni hæredem Ferdinando Sanctij Majoris filio unâ cum regno despondet, à quo tamen occiditur a. 1037.

Ergo hoc regnum annis 319. constitit. Celebriores Reges majusculæ denotant, nec est quod immorer.

L E C T I O XVIII.

Regnum Navarrae.

Navarrae Regnum è tenuibus initiis

tiis Christiani intra Pyrenæorum
radices profugi creato Duce Gar-
zia Ximenio prænobili Gotho
constituere an. 724. is Ainsâ urbe
capta Suprarbiæ & Ripagorzæ Re-
gem se appellat. Posterivarias vi-
ces subiêre. Periodos verò statui-
mus duas.

I. *Indigenarum* Regum per sæcula
5. ab a. 724. ad an. 1234.

II. *Exteriorum* per totidem sæcula
ab a. 1234. ad a. 1716.

PERIODUS I.

Regum Indigenarum.

SUprarbiæ Regnum per 2. Sæcu-
la angustis finibus Conclufum,
post captam Pampelonam Navarræ
nomen accepit, floruitque sub in-
digenis Regibus ad a. 1234.

Regum pro more censum perage.
Resp. Garzias Ximenius, quem dixi,
m. 758. Garzias Ennius Pampelo-
nam occupat, & perdit, m. 802.

SÆCULUM IX.

Fortunius. Cujus ætate Carolus
M. ad Roncevallem malè mulcta-
tur

tur, m. a. 815. *Sanctius Garzias* vivo
 dum parente Regni *Infans* dictus,
 quod deinde nomen Regnorum
 hæredibus hæsit. A Saracenis oc-
 ciditur a. 832. *Sequitur decem an-*
norum interregnum. Secundum
 hoc eligitur *Ennicus Arista*, m. 870.
Garzias cum Urraca uxore dota-
 lem Aragoniam acquirit. Iter fa-
 ciens Saracenorum insidiis cum
 prægnante Urraca obtruncatur. Unde & Sanctio è matris utero per
 Guevarram nobilem virum exciso
 Cæsonis nomen mansit, obit a. 885.
Fortunius II. abdicat a. 901. *Inter-*
regnum 4. annorum.

S Æ C U L U M X.

Sanctius Cæso multa in Saracenos
 secunda prælia facit, Pampelonâ
 expugnatâ Navarræ se Regem pri-
 mus dicit, *Garzias Sanctius* m. 969.
Sanctius Garzias II. m. 990. *Gar-*
zias II. tremulus a. 1000.

S Æ C U L U M XI.

Sanctius Major Rara felicitate to-
 tius Christianæ Hispaniæ domina-
 tum

tum consecutus omnium deinceps
Regum stipes, cardo quidam & Po-
lus Hisp. Chronologiæ, regnum
adit ipso anno 1000. Præter Na-
varram & Aragoniam hæreditate ac-
ceptas, Castellam per Elviram uxo-
rem, Legionem per Sanctiam, quam
Ferdinando Filio collocârat, ade-
ptus. m. 1025. ab ejus morte, exi-
tiabili Elviræ machinatione tanti
Imperij nexu disoluto Provinciæ
ita inter Fratres divisæ sunt, ut Gar-
zias Navarram. Ramirus Nothus
Aragoniam, Ferdinandus Castellam
Legioni jam adjunctam obtineret.
Veniunt ergo in Regum Navarræo-
rum ordine.

Garzias III. à Fratre Ferdinando
in prælio occisus a. 1054. Sanctius
IV. à Fratre Raymundo ex insidiis
interfectus a. 1076. Hujus filiis non-
dum puberibus Navarrai Aragonibus
Regibus se subjiciunt per annos 58.
horum tres fuere, Sanctius V. in Oiscæ
obsidione telo peremptus a. 1094.
Petrus m. 1104.

SÆCULUM XII.

Alphonfus I. sine hæredibus demoritur A. 1134. Ergo Navarræ regnum *Garziæ Sanctij IV.* nepoti deferunt, qui m. a. 1150. *Sanctius IV.* à literarum studiis Sapiens cognominatus, m. a. 1194. *Sanctius VII.* infirmus prælio ad Ubedam interest. m. a. 1234. Regum Indigenarum postremus.

Qui hos Reges notas? Resp. 8. & 9. sæculi Suprarbios Reges tanti non est meminisse. Sæculo 10. alternis duo Sanctii & Garziæ veniunt. 11. Sanctius Major velut Horizon quidam est antiquæ & recentioris Hisp. Chronologiæ, hunc iterum excepere Garzias & Sanctius; Deinceps tres Aragones: Sanctius & Petrus I. & Alphonfus I. Denique sæculo 12. iterum Garzias unus, sanctij duo: sapiens & infirmus.

PERIODUS II.

Navarræ Reges Exteri.

Fuit hoc Navarræ fatum, ut intra 221. annos septies ad fœmi-

minas atque earundem maritos
exteros devolveretur.

Quæ fuêre hæ exteræ familiae? Resp.

1. Campaniæ Galliæ comites, 2.
Galliæ Reges Capetingi; 3. Eurelij
comites è Gallorum Regum sangui-
ne; 4. Aragones Reges; 5. Fuxenses
comites. 6. Albretij Dynastæ. 7.
Borbonij.

SÆCULUM XIII.

I. Blanca Sanctij infirmi filia nu-
pta Theobaldo Campaniæ comiti,
cujus familia post annos 40. extin-
guitur. Successit ergo Sancti me-
moratus *Theobaldus I.* m. 1253.
Theobaldus II. Ludovici S. in ex-
peditione sacra Comes Deprani
decedit. a. 1270. *Henricus I.* sine li-
beris a. 1274.

II. Joanna Henrici soror sola an-
nis decem regnat, dein Philippo
Pulchro Galliæ R. regnum pro do-
te affert, in cujus stirpe annis 53.
perstitit. *Philippus Pulcher* m. 1314.

SÆCULUM XIV.

Ludovicus Hutinus m. 1316. *Phi-
lippus*

Philippus Longus sine prolibus 1322.
Carolus Pulcher sine prolibus & Ca-
 petinorum ultimus m. 1328.

III. *Joanna Ludov. Hutini* filia
 unica maritum *Philippum* ex Eu-
 resij comite regem facit, cujus
 gens imperat annis 98. *Philippus Eu-
 resius* *Companiæ Comitatu* dotali
 à *Philippo Valesio* exutus m. 1343.
Carolus II. malus indomitâ vir libi-
 dine, linteo infusus miserè crema-
 tur a. 1387. *Carolus III.* *Euresij* Co-
 mitatum Gallo divendit. m. 1425.

SÆCULUM XV.

IV. *Blanca Caroli III.* filia *Joan-
 ni II.* *Aragonix Regi* nupta. *Joan-
 nes Arag.* Rex m. 1479.

V. *Leonora Joannis II.* filia
Francisco Phabo Fuxij comiti re-
 gnum pro dote affert, is post regni
 quadriennium m. 1483.

VI. *Catharina Francisci Fuxij*
 soror *Joanni Albreti & Bearn* Dy-
 nastæ collocatur. Cujus familia
 regnum tenet annis 74. *Joannes
 Albretius* Gallicâ levitate suis invi-
 fus,

sus, ab Agrimontiorum & Pello-
montiorum factione multum vexa-
tur. Ludovici XII. partes adversus
Julium II. secutus, Pontificiâ sen-
tentiâ excommunicatus, regno pri-
vatur. Ferdinandus Catholicus
occupat id extemplò, hodiéque re-
tinent Hispaniæ Reges, etsi Caro-
lus V. & Philippus II. morientes ju-
ri suo diffident. m. 1516.

SÆCULUM XVI.

Henricus II. Albretius obtentis
à Francisco I. copiis Pampelonam
(fauciatur hîc in Europæ salutem
D. Ignatius) cum regno recuperat,
brevi à Carolo V. dejectus m. 1555.

VII. Joanna Henrici unica pro-
les Antonio Borbonij Dynastæ in
manus convenit; atque hujus fami-
lia hodie dum Navarrae jura titu-
lòsque sibi afferit. *Antonius Bor-*
bonius diu Sardiniae Regni spe à
Philippo II. compensationis nomi-
ne lactatus m. 1562. *Henricus IV.*
Rex Galliæ. Ludovicus XIII. Ludo-
vicus XIV. Ludovicus XV.

LECTIO XIX.

Aragonie Regnum.

Aragonie comitatum à fl. Aragonie dictum a. 780. condidit Aznar quidam, cui succedere Gelinus, Ximenius I. & II. Garzias, Fortunius. Hujus filiam unicam Garzias Ennici Aristæ Fr. in matrimonio habebat, quæ causa fuit, ut ab Aragonibus sibi à Saraceno malè metuentibus a. 868. Rex diceretur certis legibus: *Forus Aragonicus*, aut *Justitia Aragonica* dictis circumscriptus. Garziæ Fortunius successit. Huic *Sanctius Cæso* qui primus se Aragonie & Navarræ Regem appellat. Quare hujus annus primus 905. primus item regni rectè statuetur.

Periodos à tribus regnatricibus Aragonie familijs tres deducimus.

I. *Navarra* quæ commodè subdividetur, altera in eam ætatem, quâ Aragonia eisdem cum Navarra Reges habuit annis 130. altera ;
quâ

quâ propriis, sed Navarrici sanguinis Regibus gubernabatur per annos 102. Complectitur ergo hæc period. ab anno 905. ad 1137. annos 232.

II. *Catalonica*, sub hujus gentis Regibus ab a. 1137. ad 1410. annis 237.

III. *Castellana* ab an. 1410. ad an. 1516. annis 104.

PERIODUS I.

Navarrica.

PRimi Aragonij, seu Navarræ, seu Navarrici Sanguinis Reges angustos hætenus fines è Saracenis admodum amplificant

Qui fuere hi Reges? Resp. Priores jam è Navarræa Chronologia teneo. Atque sunt: Sanctius Cæso, Garzias I. Sanctius II. *Sanctius Major.* m. 1033. divisis ab hujus morte regnis Ramiro Sanctij Majoris Notho Aragonia obtingit, quam ille in posteris sæculum unum retinet ad 1137.

Ramirus I. m. 1067. *Qui sequuntur*

*tur, tres simul Navarra imperant post
Sanctij IV. à Raymundo Fr. interfecti
eî cadem. Sanctius V. abrogato Go-
thico jure Romanum inducit. m.
1067. Petrus I. 40000. Saracenorum
devictis, quatuor Maurorum Re-
gum capita scuto Aragonico infert.
m. 1104.*

SÆCULUM XII.

*Alphonsus I. Pugnae Tricies cum
Mauris signa confert, toties victor.
Saragossam occupat, ad Fragæ ob-
sidionem cadit sine liberis 1134.
Ramirus II. Alphonsi Fr. è Mona-
cho Rex, sed inscitus, & spretus,
sed qui contemptum celebri cam-
panâ vindicat, Petronellâ filiâ,
Raymundo Barcellonæ comiti col-
locatâ, cucullum resumit a. 1137.
Navarræorum ultimus.*

*Quî hos notabis ? Resp. Navarri-
corum primo & ultimo Ramiro no-
men est, his intercedunt tres simul
Navarræ Reges : Sanctius, Petrus, Al-
phonsus.*

(193)
PERIODUS II.

Catalonica.

Catalonicae stirpis Reges II.
non modò domi fines profe-
runt, sed foris Neapolis & Siciliae
Regna adjiciunt.

Quid de his? Resp. Raymundus è
Barcellonae Comite beneficio, Pe-
tronellæ uxoris Rex, m. 1162. Al-
phonsus II Castus Ruscinonensem co-
mitatum hæreditate acquisitum re-
gno adjungit. m. 1196. Petrus II.
suas quoque copias ad Ubedam
submittit. Vagis libidinibus de-
ditus, multa cum uxore tricatur,
quæ tamen astu lepido filium ex co-
suscipit. m. 1214.

SÆCULUM XIII.

Jacobus I. Expugnator, gestorum
gloriâ, Regni diuturnitate Arago-
niorum maximus : Tricies ipse
confligit, Ubedensis victoriæ fru-
ctus legit amplissimos. Balearicas
insulas, & Valentiae regnum. Ba-
leares Jacobo filiorum secundo at-
tribuit (Huic Sanctius, Jacobus II.

I

&

& III. succedunt ad an. 1375. per annos 99.) duo templorum millia ædificat. A morituro Conradino hæres nuncupatur. Raro exemplo annis imperat 63. *Petrus III. Magnus* post siculas vespas Sici-
liam occupat; Philippum III. Fran-
ciæ Regem, qui in Cataloniam ir-
ruperat, cum clade remittit. Mo-
ritur eodem anno *Petrus*; *Carolus*
Andegav: Philippus, *Martinus IV.*
Pont. 1285. *Alphonfus III. Muni-*
ficus m. 1291. *Jacobus II.* Justus
cum Siculis contra Fridericum fra-
trem parum prosperè pugnat. Ab-
dicat an. 1327.

S Æ C U L U M XIV.

Alphonfus III. Benignus Sardiniam
Pontificis dono subigit, m. 1336.
Petrus IV. Caremoniosus *Jacobum III.*
Balearicum evertit, Ruscinonem
recuperat. Tumultuantium Ara-
gonum fædus armis dissipat. m.
1388. *Joannes I.* m. 1395. *Marti-*
nus I. Siciliæ, Martini filij & Fride-
rici nepotis morte vacuæ, posses-
sionem

tionem adit. Sine liberis moritur 1410.

Dictatorem agito, clavum pange —
Resp. hujus periodi Reges facitis duobus vocabulis complector. *Rapipai Apim.* R. Raymundum. A. Alphonsos. P. Petros, J. Jacobos, Joannem, M. Martinum denotant.

PERIODUS III.

Castellana.

Petiti è Castella Reges Pace bello que clari, universæ denique Hispaniæ dominatu potiuntur.

Cur ad Castellanos regnum transiit?
Resp. Martino sine liberis defuncto, Novem viri ex omnibus Aragonicis Provinciis delecti Ferdinandum Joannis II. Castellæ Regis Fratrem, Saracenicis victoriis ac virtute inclytum consensu Regem acclamant.

SÆCULUM XV.

Ferdinandus Benedicti XIII. partes tuctur, iccirco à Sigismundo Cæsare Schismatis tollendi causâ invigetur. m. 1416. *Alphonsus V.* sapiens,

Omnigenæ Litteraturæ ac Sapien-
tiæ nomine longè celeberrimus,
nempe Laurentio Vallâ & Antonio
Panormitâ institutoribus usus.
Neapolitanum Regnum Joannæ II.
testamento obtinet, quod Ferdi-
nando Notho suo moriens trans-
mittit. 1458. *Joannes II.* Blamæ
uxoris titulis Navarræ Rex à Ca-
rolo F. Vianæ Principe graviter
vexatus, Ruscinonem Ludovico
XI. pro grandi pecunia pignori
dat. Ejus filia Eleonora Francisco
Fuxenfi Navarram secum despon-
det. m. 1479. *Ferdinandus Catholicus*
simul universæ Hispaniæ Monar-
cha m. 1516. de quo aliàs.

*Nullo vocabuli monstro memoriam
adjuvas?* Resp. Imò *Faif.* F. Fer-
dinand. A. Alphon. J. Joannem in-
dicant.

LECTIO XX.

Castellæ Regnam.

Unâ cum Legionis regni exor-
diis variij in Castella Dynastæ caput
extulêre, ab Legionensibus Regi-
bus

bus gráviter pressi, dum *Gonsalvus Ferdinandus*, multarum palmarum Dux, Castellam *Liberi Comitatus* titulo Sanctio Crasso extorqueret. an. 965. Posteror habuit Garziam, Sanctium, Garziam Comites. Hujus Garziæ sororem Elviram celebris Sanctius Major in matrimonio, primusque Castellam regni titulo habuit.

Periodis Castellam includo quatuor.

I. *Navarrae* in Sanctij Majoris posteris sæculo 11. ad an. 1123.

II. *Burgundica* in *Urracæ* è Raymundo Burgundo sæculo 12. ad an. 1217.

III. *Legionensis* in Berengariæ posteris sæculo 13. & dimidio 14. ad an. 1369.

IV. *Henrici Nothi* sæculo 14. & 15. ad an. 1416.

Præmitte nunc, si quid habes industriae? Resp. quatuor Carmina si tenuero, rem confectam habeo.

Undecimo Sanctiûs, Ferdnandus,
Alphonsusque.

Dûodecimo Alphonsus , Sanctius,
Alphonsus puer, Henricus.

Ferd- Alphons- Sanct- Ferd- Alphons,
Petrus medio uno

Henric: Joân: Henric-Joân, Henric-
Cath: medio uno.

PERIODUS I.

Navarræa.

TRes Navarrici generis Reges
Castellam felicitate ac gestis
illustrant & augment.

Quinam hi ? Resp. Post Sanctium
Majorem, Communem Regum pa-
rentem, *Ferdinandus Magnus* victor.
Veremundum generum Legionis
R. item Garziam Fr. Navarræ R. in
prælio occidit. Viseum & Coim-
bram (Portugallici regni initia)
Saracenis adimit, Pontificis suasu
in odium Henrici IV. Hispaniæ
Imperatorem se appellat. m. 1065.

Alphonsus VI. duorum fratrum
victor, quorum alterum Legionis,
alterum Galliciæ Regem fecerat,
Fer-

Ferdinandus Toletum Almenoni Saraceno benè de se merito, pulchro astu eripit, ibidémque Archiepiscopatum constituit. Cum masculo hærede careret, filiarum alteram, *Theresam* Henrico Burgundiæ Duci cum Visei & Coimbræ dote collocat, qui deinceps primus Portugalliæ Comes. *Urracæ* alteram Raymundo Burgundiæ Comiti, qui tum ad expeditionem sacram accincti in ejus aula Commorabantur. m. 1123.

PERIODUS II.

Burgundica.

URracæ è Raymundo Burgundo posteritas Sæculum unum magna felicitate imperat.

Quæ hæc posteritas ? Resp. *Alphon-
sus VII.* ab Alphonso XI. Portugalliæ Rege, Henrici Burgundi filio acie victus, Regem eum agnoscere cogitur. Almeriam Saracenorum Spoliarium occupat, Ferdinandum alterum Filium Legioni præficit. (quæ consequitur Alphonf. IX. Ferdinandan-

diñadus III. de quo sermo redibit)
m. 1157. Sanctius III. unius añi Rex
Calatravæ, Alcantaræ S. Jacobi or-
dines constituit. m. 1158. Alphon-
sus VIII. Clarissimâ illâ victoriâ ad
Ubedam Saracenos interneccione
delet an. 1212. m. 1214.

S Æ C U L U M XIII.

*Henricus I. Adolefcens tegulæ
delapsu perit an. 1217.*

PERIODUS III.

Legionensis.

Berengariæ è Ferdinando Le-
gionensi posteri ingentibus
factis celebres.

*Qua hæc Berengaria ? Resp. Hen-
rico I. duæ sorores fuerant, altera
Blanca Ludovico VIII. nupta, Lu-
dovici S. mater. Altera Ferdinan-
do III. Sancto Legionis Regi de-
sponsa, ut adeò altera Sancti mater,
uxor esset altera. Utra major na-
tu fuerit, hodie dum lis est. Galli
Blancam ajunt, indéque jus ali-
quod in Castellam sibi vindicant.
Hispanis Berengaria præhabita est.*

Fer-

Ferdinandus III. Sanctus, Uti *Jacobus Arago Valentiam & Baleares*, ità hic *Cordubæ, Murciae, Seviliae* regna opulenta sanè *Ubedensis* claudis spolia legit. Tantâ verò sanctimoniâ, ut *Divorum cælitum* honores mereretur. m. 1252. *Alphonfus X. Sapiens*. *Astronomiæ studiis*, dictisque ab ipso tabulis nobilis, ab *Germanis Imperator Electus*. m. 1282. *Sanctius III*. *Tariffâ in Mauros* virtute *Gusmani Præfecti* fortissimè defensâ notus, m. 1292. *Ferdinandus IV*. à duobus nobilibus injuriâ condemnatis in *DEI jus citatus* 1312.

SÆCULUM XIV.

Alphonfus XI. 200000. *Saracenorum* concisis *Algeziram* capit. In obsidione *Gibraltar* occumbit. 1350. *Petrus crudelis* ob sævitiam incredibillem regno pulsus, à Fratre *Notho Henrico* victus & in carcere trucidatus meritas inauditæ immanitatis pœnas pendit 1369.

Æ(202)Æ
PERIODUS IV.

Henrici Nothi Posterii.

Deficit in Henrici Nothi posteris priorum Regum virtus.

Qui hujus posterii? Resp. Henricus Nothus II. Lusitanos profligat, m. 1379. Joannes I. Portugallicam hæreditatem sibi contra Joannem I. Nothum armis asserturus 30000. Castellanos ducens à 6000. Lusitanorum turpem cladem accipit, cæsis suorum 10000. m. 1390. Henricus III. valetudinarius in magna penuria, astu sibi Coronæ bona recuperat. m. 1406.

SÆCULUM XV.

Joannes II. Alvarum de Luna, in cujus potestate diu fuerat, supplicio afficit. m. an. 1454. Henricus IV. sine Hærede obit 1474. Isabellam Henrici sororem, regni hæredem præstantissimam fæminam, Ferdinandus Aragonius Catholicus uxorem ducit, Hispanæ Monarchiæ Conditor, qui moritur 1516.

Cave

*Cave ne nominum affinitatē abdu-
ctus, Aragones cum Castellanis con-
fundas. Resp. Teneo, Aragonibus
quinque sunt Alphonsi, Castellani
â 6^{to} incipiunt, prioribus è Legio-
ne transumptis. Illis item Jacobi
& Petri plures, his Joannes & Hen-
rici.*

*Synchronismum exercitio memoriam
affirma. Resp. Paululum moræ ce-
dò, quo notas meas mnemosynas
excutiam. Ferdinandus I. Ma-
gnus Castellæ R. æqualis fuit Ro-
mano Argyropylo, Henrico IV.
Ramiro I. Aragoni, Garziæ III. Na-
varræo, &c.*

L E C T I O XXI.
P E R I O D U S III.
H I S P A N I A E.

Hispania Monarchica.

Hispaniæ potentia, regnis per
Ferdinandum Catholicum
unitis, ab Austriacis in Summum
fastigium evecta per duo propè
Sæcula floruit.

Quinam hi heroes ? Resp. Ferdinandus Catholicus ad patrium Aragoniæ regnum Castellam matrimonio nactus, Albretiis Navarram, Gallis Neapolim, Granatam (quam solam retinebant) Saracenis, Affricæ portus Mauris eripit, Americam Christophori Columbi ductu aperit, proscriptis Judæis, inductâ inquisitione Catholici nomen resumit, Joanne & Isabella præcoce fato ereptis, quæ sola supererat Joanna tot regnorum hæres, Philippo Maximiliani Cæs. Filio in manus convenit. Atque hic *Philippus* Austriæ Archi-Dux primo regni anno, superstite dum Ferdinando obit, sequitur ille an. 1516.

S Æ C U L U M XVI.

Carolus V. Philippi F. Rex idem & Imperator, Regumque idem & Imperatorum præstantissimus, privatus moritur 1556. *Philippus II.* heroicæ virtutis Princeps, Sapientiæ, pietatis, Consilij admirabilis, Gallorum

lorum ad S. Quintinum, Turcarum ad Naupactum victor, Belgica rebellionem multum vexatus, ab Anglica classe victus, Lusitaniam incruento bello sibi subicit. m. 1598.

S Æ C U L U M XVII.

Philippus III. duocennales inducias cum Batavis init. m. 1621.

Philippus IV. inquietum sanè Imperium habet: post 28. annorum bellum Batavos liberam Rempublicam declarat, Gallicum 24. annorum bellum infauſta Pyrenæa Pace concludit. Ab Lusitania rebellante multum patitur. Filia-

rum natu minorem Margaritam Leopoldo Cæs. Majorem Theresiam post Solenniſſimam abdicationem Ludovico XIV. collocat. m. 1656.

Carolus II. Lusitaniam extorta pace Bragantino cedit. Neomagenſi ac Riſvicenſi pacificatione Monarchiæ vires, ſed multò magis ignaviâ & indulgentiâ infringit. Corpusculo longè infirmif-

fimo, nec animo firmior emoritur.
a. 1700.

PERIODUS IV.

Monarchia Divisa.

Ludovicus XIV. Contemptâ
Therese abdicatione Monar-
chiam totam pro Andegavensi ne-
pote furdo bello occupat, nec diu
retinet.

Quid, quid? Resp. Francus re-
gni inermis, largitionibus imma-
nibus exhausti debilitate invita-
tus, Proceribus designatæ inter se,
Anglos, Hollandosque divisionis
metu exterritis, Provinciarum
Prætoribus corruptis, testamento
nescio quo ex assê hæres institutus
Monarchiam toto orbe diffusam
paucis mensibus sui juris facit. Or-
to bello primum felices Galli, dein
ad Höchstadium incisæ potentiæ
nervis fracti, Taurinensi prælio Ita-
liâ, Judogniensi Belgio exuti, Pa-
cem denique Trajecti faciunt, orbi
de æquitate haud parum suspec-
tam, iis legibus, ut Belgium cum
Ita-

Italia Carolus Cæsar, Hispaniam Continentem cum America Andegavenfis haberet. Idem hic postea an. 1716. cum Cæsar tot victorias de Turcis referre pergeret, ut jam Orientem expugnaturus videretur; Classem, quam rogante Pontifice in Subsidium Venetorum apparaverat; quocunque tandem, at in anni obtentu, in Sardiniam reflectit, eandemque ex improviso occupat. Anno mox insequente Siciliam pari impetu aggreditur, ac pene subigit, nî Mercius cum Cæsareo Exercitu opportunè subvenisset. Belli non satis decori istandem exitus fuit, ut an. 1720. in pacem è quatuor viralis fœderis, quod per ea tempora conflatum erat, forma dictatam conveniretur. Sicilia ad reliquam Italiam redit, fitque Cæsarea; Sardiniam Dux Sabaudia cum titulo Regis ingreditur; Andegavenfis denique operæ pretium facit, ut Rex etiam in Germania audiat.

Tan-

Tantæ molis erat Regis conqui-
rere nomen.

Unde Hispanicam hanc Historiam ?
Resp. Unus Mariana instar omnium
est. Recentioribus libri omnes
pleni sunt. Quam gaudeo ex hoc
labyrintho vivum exiisse !

LECTIO XXII.

Lusitaniæ Chronologia.

Alphonſus VI. Castellanus Vi-
ſeum, Bragam, Portum Lamegum,
partim à ſe, partim à Ferdinando
Parente captas Urbes Henrico Bur-
gundo pro dote Thereſæ Filiae tra-
didit an. 1093. Is comitatûs ti-
tulo tenuit ad 1112. Hujus Filius
Alphonſus poſt relatam de 40000.
Saracenorum victoriam (is quoque
Cæſorum 5. Regum capitibus ſcu-
tum ſuum ornat) ope Sacræ classiſ
Olyſſiponem etiam & Eboram ad-
jicit, primûſque ſe Luſitaniæ, ſeu
Portugalliæ regem dicit circa an.
1139.

Luſitana hiſtoria Periodos præ-
cipuè quaternas habet.

I. *Regum ante navigationes Indicas*
propè trium sæculorū ab a. 1139.
ad 1383.

II. *Regum navigantium* ad 1580.

III. *Regum Hispanorum* ad 1640.

IV. *Regum Bragantinorum* ad 1716.

PERIODUS I.

Regum ante Navigationes.

Vetustioribus Portugalliæ Regibus multum cum Saracenis, nonnihil cum Castellanis negotij fuit.

Quid de his ? Resp. Alphonsus I.
m. 1185. *Sanctius I.* ab eadem sacra Classe adjutus sylvam Algarbiæ Saracenis eripit. m. 1212.

SÆCULUM XIII.

Alphonsus II. Crassus ejusdem
classis ope Alcazarem subigit. m.
1223. *Sanctius Capellus*, quod in honorem D. Augustini cucullum ferret. Debiliori vir animo à fratre ad sumendum reverà cucullum adigitur. m. 1244. *Alphonsus III.*
m. 1279. *Dyonisius* inter celebrior-
es Reges, S. Elifabethæ maritus, Co-
nim-

nimbricæ Academiam statuit. De
ejus ephebo missam utiliter audien-
te notum est. m. 1325.

SÆCULUM XIV.

Alphonsus VI. Alphonso X. Ca-
stellano ad Tariffensem pugnam
suppetias mittit, m. 1357. *Petrus Cru-*
delis ab morū severitate & exigen-
dis à maleficis hominibus suppli-
ciis id nomen nactus, m. 1367. *Fer-*
dinandus ab Henrico Notho Ca-
stellæ Rege, & Joanne I. acie vinci-
tur, sine hærede masculo decedit
an. 1383. *Ergo Lusitani exclusa*
Beatrice, quam ex Eleonora, Tellesij Dy-
nastræ uxore sustulerat Ferdinandus,
Henricum Nothum hujus Fratrem Re-
gem adoptant.

Quæis mnemosynis hos Reges figes?
Reip. Alterni Alphonsi tres, & San-
ctijle excipiunt, nisi quòd sextus
Dyonisius sit alioquin notus, his
jungitur Petrus Crudelis & Ferdi-
nandus.

PERIODUS II.

Regum Navigantium.

Henrici Nothi posterius institutis navigationibus Indicis famam sibi maximam, magnas opes Comparant.

Quam hi? Resp. Joannes Nothus Joannem I. Castell. Beatricis uxoris nomine litem de Regno moventem celebri ad Alice barottam prælio superat, de quo supra memini. Ceutam item, freti Herculei arcem alteram, Mauris extorquet. m. 1433.

SÆCULUM XV.

Eduardus Literatus admodum, peste m. 1438. Alphonsus V. arcem Affricæ Tingitanam Tanger occupat, cum Ferdinando Catholico infeliciter pugnat, navigationum remotiorum initium quoddam ducit & rudimentum, m. 1481.

Joannes II. Egregia pietate Princeps, Guineam ac promontorium bonæ spei detegit. Ex Alexandri VI. sententia ortam cum Castellanis

nis Indiarum causâ litem componit. Exclusos à Ferdinando Catholico Judæos in regnum admittit magna Reip. labe. Visei & Bragantiæ Duces nimiae potentiae reos supplicio affectos tollit. m. 1495. *Emanuel* omnium antè Regum Clarissimus, per Vascum Gammam, Orientalis Indiae Calicutum urbem detegit, per Albuquerqueium Goam capit & Ormuziam, Brasiliam item primus invenit, m. 1521.

SÆCULUM XVI.

Joannes III. Caroli V. æqualis Patris egregiè cæpta naviter persecutus, navigationes excolit, magnam Indiae partem D. Xaverij & Patrum Societatis operâ Evangelij luce collustratam Christo subjicit. m. 1557. *Sebastianus* intempestivâ in Affricam expeditione cum 30000. suorum à Marocci Rege occisus, regnum in ultimas calamitates conjicit. m. 1578. *Henricus* Cardinalis, Joannis III. Fr. m. 1580.

Ut hos notas? Resp. Joannem No-
thum & Eduardum aliàs notos præ-
tereo. Deinceps navigationem
Alphonfus cepit, Joannes continua-
vit, Emanuel perfecit, Joannes III.
fruitus est, Sebastianus perdidit!

PERIODUS III.

Hispanorum.

EX octo vacui Regni Candida-
 tis Philippus II. jure armisque
 potior Lusitaniam obtinet, Philip-
 pus IV. post 60. annos amittit.

Explicarem? R. Philippus II. ex Isa-
bella, Emanuelis filia natu majore
natus, Antonio Bragantiæ Duce
devicto levi negotio per Albanum
regnum totum in ditionem acci-
pit, retinuit Philippus III. quartus
perdidit. Etenim Batavico Gal-
licoque bello, Catalauniæ rebel-
lione distentis Hispani viribus Jo-
annes Bragantiæ Dux admirabili
consensu (tantum est Lusitanis Ca-
stellanæ gentis odium) unius ho-
minis cæde dejectis per tres orbis
partes Hispanis Rex acclamatur a.
 1640. PE-

214
PERIODUS IV.

Bragantinorum.

BRagantiæ Ducum posterī hodie
Lusitaniæ feliciter
imperant.

Qui illi? Resp. Joannes IV. diuturnum in Hispanos sua repetentes bellum suscipit, geritque fortunâ variâ. A Batavis Brasiliam recuperat, m. 1656. *Alphonsus VI.* cum Batavis pacem init, sed tristem adeo, ut ex India præter Goam nihil retineret. Ære & Duce Gallico bello 28. annorum confecto Pacem regnūque liberum Hispano extorquet 1661. Cū verò multa ineptiret ab Lusitanis exauthoratus in Canarias insulas Compingitur 1669. *Petrus* relegati vivi-que Fratris uxorem Aumaliam ducit, eaque mortuâ Mariam Josepham Neoburgicam. Collapsa dudum commercia tricennali Pace instaurat. Carolum VI. cum Anglo Batava classe recipit, Copiasque ad Barcelonensem expeditionem

ditionem è fædere adjungit. m.
1706. Joannes V. Marianæ Leopoldi M. Filiæ maritus hodiecm superstes & peregrinabundus.

Unde hanc Historiam ? Resp. Ex Emanuele Constantino, Cajetano Passarello, qui ultimum 28. an. bellum egregiè descripsit.

L E C T I O XXIII.

Chronologia Historiæ Gallicæ.

Post Romanum Imperium nullum in Republica Christiana Francico vetustius, nobilius, florentius est.

Quando & à quibus Conditum ?
Resp. Celebri illa sub Honorio gentium migratione Franci Germaniæ populi Albim inter & Rhenum colentes (Franconiam hodie dicimus) An. 420. Pharamundum Regem creant, quò Duce feliciores in Gallia vicina sedes quærerent, Nihiltum actum. Pharamundi Filius Clodio nihilo Patre felicior transmissio cum ingenti multitudine, Rheno jamque Belgicæ infusus
ab

ab Aëtio Valentiniani III. Duce ad Hefdinum fugatus, atque in Franconiam suam retrusus periit.

Merovæus Successor resumpta expeditione proniora habuit omnia. Etenim Romanis in Gothos, Hunnosque populatores obversis, Belgicâ subactâ Parisiis regni sedem constituit, permistisque moribus, legibus, linguâ regionem *Franciam* appellat. Fortiter se gerit in Catalaunicis campis, unde regni ejusque prælij annus commodè idem statuetur. 451. etsi alij 420. Pharamundi primum assignent. Periodos ab totidem regnatricibus familiis quatuor statuimus.

I. *Merovingia* â Merovæo per tria præcisè sæcula ab anno 451. ad 751. Pipini primum.

II. *Carolingia* â Carolo M. per annos 238. ad 988.

III. *Capetingia* ab Hugone Capeto per annos 340. ad 1328.

IV. *Valesia* â Philippo Valesio per annos 261. ad 1589.

V. Bor-

V. Borbonia ab Henrico IV.
Borbonio per annos 127. ad 1716.
*Mervæus tria sæcla regit, Carolus
duo semis;*

*Capetus tria cum semis, duo di-
midiumque*

Valesius, jam Borbonij rerum
potiuntur.

PERIODUS I.

Merovæorum.

Merovæi posteri Franciam va-
riè partiuntur; multum in-
ter se, rariùs foris belligerantur,
in ultimam denique ignaviam de-
generant.

Etiam de his veteribus aliquid?
Resp. Merovæus regni Conditor
m. 456. Childericus regno ob libidi-
nes pulsus ac restitutus m. 480. Clo-
dovæus prodigiosâ victoriâ, & Clo-
tildis uxoris hortatibus permotus
primus Christum profitetur, à S.
Remigio baptizatus. Victum
Gundebaldum Burgundiâ exuit.
Alarico Gothorum Rege ingenti
prælio fuso reliquam ad alpes Gal-
liam

liam adjicit, alter imperij Franci-
ci author, m. 511.

SÆCULUM VI.

Quatuor Clodovæi Filij Fran-
ciam quadrifariam dividunt. *Theo-*
derico Austrasiæ regnum : *Clodomiro*
Aurelianense : *Childeberto* Francia,
Parisi : *Clotario* Belgica cum suc-
cessione obvenit. *Clotarius* reli-
quorum fratrum aut victor aut su-
perstes unus regnum obtinet. m.
561. Recenti verò exemplo neu-
tquam territus è quatuor filijs to-
tidem tetrarchas creat. *Chilperi-*
eus cæteris fratribus ferro aut ve-
neno sublati sui sæculi Nero à Fre-
degunde necatur 584. *Clotarius*
II. divisum regnum iterum in Mo-
narchiam cogit. *Brunechildem*
decem regum interfectricem, quar-
tam furiam, per cruciatus enecat.
m. 631.

SÆCULUM VII.

Dagobertus primum sævus & im-
pius, denique in Ecclesias mirè li-
beralis. m. 644. *Hactenus quidem Re-*
ges

ges, deinceps Regum nomina & umbra. Clodovæus II. m. 660. Clotarius III. in clientela Ebroini Palatij Magistri m. 668. Childericus cæditur a. 667. Theodoricus m. 690. Clodovæus III. m. 692. Childebertus III. m. 709.

SÆCULUM VIII.

Dagobertus I. m. 714. Chilpericus Daniel, sub quo, aut cui Carolus Martellus, Pipini parens, imperat, à quo Hispanici Saraceni, tertio irrumperentes, toties fortissimè, & strage maximâ contunduntur. m. 740. Childericus ultimus eximiè stupidus, ut adeò Procerum authoritate in monasterium compingeretur. Pipinus verò etiam Zachariæ Pont. sententiâ justus Rex haberetur. 751.

Quid in hac periodo memorabile?
Resp. magna scelera, parricidia atrocia, ut in gente nondum satis aut litteris, aut religionibus subacta. 2. Fæminarum Regum, Fredegundis, Brunehildis furores, locuples Theatrorum argumentum.

3. Supremis 100. annis Regum ignavia tanta, ut semel duntaxat quot annis, Curru quaternis bobus juncto otiosè Parisiorum plateas circumvecti spectandos se darent, solâ Cæsarie, regum propriâ notâ, à plebe discreti. Unde Magistrorum Palatij potentia.

PERIODUS II.

Carolovingiorum.

Qua virtute Franciæ Regnum. Pipinus, eâdem Romanum Imperium Carolus M. in se transfert, posterî brevi degenerant.

Quid de his ? Resp. Pipinus, à Stephano Papa contra Longobardos auxilio vocatus, rem præclare gerit.

SÆCULUM IX.

Carolus M. an. 800. Cæsar Augustus acclamatur, m. 814. Ejus nepotes Ludovicum Pium, Lotharium, Ludovicum secundum, Carolum Calvum, Ludovicum Balbum, Carolum Crassum, qui Rom. Imperio excidit, supra recensuimus,

mus, successit *Carolus simplex*, ab Eudone regno dejectus, ab Arnulpho Imperat. restituitur. Ab Veromanducorum comite captus in prælio, in carcere interit an. 928.

SÆCULUM X.

Ludovicus Transmarinus m. 954.
Lotharius Lotharingiam Othoni II. Cæsari ereptā, pactis concedit 986.
Ludovicus nihil fecit. E cognomine gesta Colligas, sine prole m. 988.

Ergo Reges simul & Imperat. annos 88. Reges 100. præcisè explent,
 PERIODUS III. *Capetingiorum*.

Hugonis Capeti posteris multa cum Flandris, Britannis, Saracenis Asianis bella fuere.

Hugo Robert. Henric. | Philippe
 undec. tu claude

Bini Ludvici duodec. | Philippe
 tu claude

Bini Ludvici tredec. | Philippi
 binique

Tres steriles.

Quid de his? Resp. Hugo Capetus parisiensium Comes, in 22. gradu

Caroli M. affinis, uno regno in se translato nobilis, m. 997.

SÆCULUM XI.

Robertus Lotharingiæ causâ bellum, quod adversus Henricum S. imperat. paraverat, amico in Mosa Fl. colloquio Commutat, trium rebellium filiorum domitor. m. 1032.

Henricus Conrado Franco Imperatori Burgundiam, acri bello disceptatam hætenus, decedit. m. 1060.

Philippus I. à Roberto Flandro ad Casselium interneccione deletur, ob Fertam uxorem repudiatam sacris interdicitur. Eo regnante *Guilielmus* Conquestor Normanniæ Dux Angliam occupat, *Bullionius* Lotharingus Hierosolymam. m. 1109.

SÆCULUM XII.

Ludovicus VI. Crassus Nobilium & Campaniæ Comitis rebellis insolentiam comprimit. Ob *Gisortium* Normanniæ arcem ex pacto non dirutam, *Henrico* Angliæ Regi primum bellum facit, multis sæculis

culis duraturum. m. a. 1136. *Ludovicus Junior VII.* Cum Conrado Suevo Imperatore, re in Syria malè gesta Damasco frustra oppugnata inglorius redit. m. 1180. *Philippus Augustus II.* Regum post Carolum M. Clarissimus. Cum Richardo Anglo Ptolemaidem occupat, orta verò diffensione reversus Normaniam invadit, eamque tandem Anglo extorquet. Ad Bovinas Flandros celebri pugna debellat. In Albigeneses item copias immittit Engelbergæ repudiata causa anathemate feritur, m. 1223.

SÆCULUM XIII.

Ludovicus VIII. Leo, Anglicum bellum in Aquitania instaurat. m. 1225. *Ludovicus IX. Sanctus*, omnigenæ virtutis exemplum, prima expeditione ad Damiatam Ægypti victus, captusque; secundam aggressus Tuneti in Affrica extinguitur a. 1270. *Philippus III.* una pietate insignis m. 1285. *Philippus IV. Pulcher* multis nominibus inclytus:

1. Aquitaniæ parte ac Burdegala dejectis Anglis. 2. Feralibus odiis in Bonifacium VIII. Pont. quem & per Nogaretum capit, sed vicissim excommunicatur. 3. Translatâ Avenionem sede Pontificiâ, & clementis V. operâ extinctis Templariis, Ludovico Bavaro multis impugnato. 4. Ad Cortracum clade ingenti à Flandris accepta m. 1314.

SÆCULUM XIV.

Ludovicus Hutinus, Philippus Longus, Carolus Pulcher, Philippi Pulchri filii intra annos duodecim sibi succedentes sine hærede justo emoriuntur, ut omnes agnoscerent parentis impietatem filiorum noxam esse. Ergo Regnum ad Philippum Valcuij Dynastam transfertur.

Quod repagulum objicies, ne Capetingi è memoria septis se clam subduant? Resp. 11. sæculum Hugo Robert. Henric. 12. duo Ludovici. 13. duo Ludovici cum Philippo, omnia

omnia tria verò Philippo clauduntur. *Item* inter hos tres Philippos magna est rerum affinitas : Singuli excommunicati , priores duo ob uxorum repudium , postremus impietatis causâ , priores duo cum Anglis & Saracenis , omnes tres cum Flandris decertant. *Item* Arnulphi & Capeti initium habet a. 88. illius 888. hujus 988.

Quibus Græcis , Germanis Cæsaribus , quibus Hispanis Regibus Synchroni sunt ? Resp. Hugo Capetus Ottoni II. Constantino & Basilio , Garziæ II. Navarræ & Aragoniæ Regi &c.

LECTIO XXIV.

PERIODUS IV.

Valesiorum.

Philippi Valesij posterì Anglos Galliæ finibus exigunt , foris deinde cum Aragoniis Neapolis Causâ , cum Castellanis Mediolani , cum Hugonotis religionum ergo bella gerunt.

In quarto decimo *post Lip - Joannem, Caroli bis;*

In quinto decimo *Ludvic - medius Carolorum;*

In sexto decimo *Ludvic - Franciscus & Henric.*

Franciscus, Carolus, Cultram Henrice cave.

Quid de his? Resp. Philippus Valesius ad Cressiacum haud procul Abbevilla ab Anglis regni jus sibi arrogantibus magno prælio devictus Caletum & Normanniam amittit. Delphinatu verò per hæreditatem acquisito regnum auget, m. 1350. Joannes Bonus ad Pictavium amisso exercitu captus in Angliam abducitur tribus auri millionibus redimendus. m. 1364. Carolus V. Sapiens Aquitaniam Anglis adimit. m. 1380. Carolus VI. Amens ad Azincurtium memorabili clade ab Anglis afficitur. Aurelianensi & Burgundica factione regnum miserè lacerantibus in amentiam incidit. m. 1422.

SÆCULUM XV.

Carolus VII. Victor Puellæ Aurelianensis ductu ac beneficio Lutetiâ, regnóque toto, si Caletum excipias, Anglos depellit. m. 1461.

Ludovicus XI. Gallicus Tiberius, politicarum artium Magister, ut quietem domi stabiliret, foris diffidia ac suspiciones inter Reges diffeminat. Carolo Audaci cæso Burgundiam sui juris facit, cum Helvetis primus fædus icit. A Maximiliano Cæs. ad Guinegatam cæditur. Senex propè delirus m. 1483.

Carolus VIII. Expeditione Neapolitana clarus, quam ipsi tamen Ferdinandi Aragonis industria corrumpit, Annam Britannix hæredem, ejusque hæreditatem Provinciæ, Maximiliano Cæs. furto eripit. m. 1498.

SÆCULUM XVI.

Ludovicus XII. Neapolim occupat, & ejusdem Ferdinandi artibus amittit. Venetos unâ cum Maximilia-

miliano Cæs. grandi bello impetit. Pontificis Julii II. exercitum ad Ravenam concidit. Ad Navarram ab Helvetis, ad Teruanam ab Anglis & Maximiliano famosâ calcarium pugnâ profligatur. m. 1515. *Franciscus I.* gestis cum Carolo V. bellis, sua captivitate, promotis bonis litteris celebris, Fædere Turcico infamis m. 1547. *Henricus II.* à protestantibus Germanis evocatus 40000. in Germaniam adducit, Metasque cum Tullo & Viroduno, sustentatæ hæresis & rebellionis præmium opulentum, sed parum honestum refert. Carolo V. fortunam ad Metas sistit, à Caroli filio Philippo ad Sanquintinum gravem cladem accipit, in ludicro certamine Confossus m. 1559. *Franciscus II.* pupillus, unius anni Rex m. 1560. *Carolus IX.* Bartholomæanæ cædis author; quatuor bella Hugonotis facit, quos ad Drocas, S. Dyonisium, Monconturium superat, m. 1574. *Henricus III.* Val-
lesio-

lesiorum ultimus, prius Poloniæ Rex electus. Ab hæreticis juxta ac Catholicis fœdis modis exagitatur. Monachi cultro confoditur. 1589.

Vacuasti te industrijs? Resp. Nondum, nam sæculi 14. Reges facile noto. Philippum gentis parentem, & notum sua calamitate Joannem, sequuntur Caroli *Sapiens*, & *Amens*. 15. Victor Carolus Anglis expulsis, Ludovicus callidus artibus, & Carolus VIII. Neapolitano bello clari. 16. Sæculi Reges recentioris jam Historiæ sunt.

PERIODUS V.

Borboniorum.

BOrbonij deletâ hæresi, depressâ Hispaniæ potentiâ, acquisitis Provinciis inclyti.

Quinam bi? Resp. *Henricus IV.* ex Hugonota Catholicus extinctis cum Henrico Valesiis ad regnum vocatur. Rebus maximis gestis perfidè interficitur à Ravillaco quodam an. 1610. *Ludovicus XIII.*

Justus Rupellam, hæresimque domi expugnat, in Germania Suecos præbitis Gustavo Adolpho menstruis 400000. librarum in Catholicos incitat, eoque sublato justis exercitiis, omni ope rem Catholicam oppugnat, Alsatiam præmij loco ; & Laceratæ Germaniæ spoliis obtinet. m. 1643. *Ludovicus XIV.* Post nobilitatem Parlamentumque oppressum, opes omnes in regium ærarium corrivatas, quid bellis ingentibus in Batavos, Germanos, Hispanos, Anglos gestis Europâ per 60. amplius annos miserè perturbatâ demum effecerit, in propatulo est. m. 1714.

Ludovicus XV. qui etiamnum Puer sub tutela Aureliani Ducis manserat ; sui nuper juris factus Regni gubernacula ipsemet feliciter suscipit ; Dux vero Tutor velut officio perfunctus illico fatis concedit 1722.



L E C T I O XXV.

Chronologia Historiæ Britannicæ.

Ante Romæ dominatum, ut cæterarum gentium, ita Britannicæ historia vel nulla extat, vel incerta & fabulosa. Uti se sub Romanis habuerit, ex Augustæ historiæ scriptoribus constat.

Honorij & Valentiniani ævo, acerbè ab Scotis habiti Britanni, Romanorum verò Ducum tyrannidem certatim arripientium ope destituti, Wortigernum sibi Regem creant; is quoque Scotis longè impar, Anglos, Saxonicæ populos Holsatiam tum incolentes, advocat. Affuère illi Duce Hengisto, qui fractis Scotis Wortigernum ipsum è medio tollit, Cantij Provinciam 449. Deinceps Britanniam totam sibi subjiciunt. Anglos Dani excepère, dein familiæ regiæ plures, pro quarum numero Periodos figimus octo.

I. *Saxonica* floruit annis 564. ab a. 449. ad 1017.

II. *Du-*

II. *Danica* annis 23. ad an. 1040.

III. *Normannica* annis 91. ad an.

1154.

IV. *Plantagenistica* Andegaven-
sium annis 245. ad an. 1399.

V. *Lancastro-Eboracensis* annis 86.
ad an. 1485.

VI. *Richemondiorum* annis 118.
ad an. 1603.

VII. *Stuartorum* annis 110. ad
an. 1713.

VIII. *Hanoveranorum*.

PERIODUS I.

Saxonica.

A Nglo-Saxones in septem Re-
gna divisi mutuis bellis, cæ-
dibúsque scatterunt, dùm circa a.
818. in unum coalescerent, ac de-
mum à Danis everterentur.

Quando cæpit, desinitque hæc periodus?

Resp. Cæpit in Hengisto an. 449.
constititque, dum Egbertus West-
Saxonum Rex subactis debiliori-
bus, universæ Angliæ se Regem
scriberet an. 818. duravit adeò He-
ptarchia Saxonica annos 369. Mo-
nar-

narchia 185. à Canuto Dano everfa
an. 1017.

Quenam fuere hæc 7. regna ? Resp.
Æntij ab Hengisto conditum. —
Quartus ab ipso *Ethelbertus* à S. Au-
gustino cum gente tota baptiza-
tur. Reges universim 17. succum-
bunt Egberto West-Saxoni an.
822.

II. *Suffexia* quasi Sud-Saxen.
Cæpit 488. extinctum ab Egber-
to. Primus Christianus Ethel-
woldus.

III. *Essexia* cæpit 527. eversum —
ab eodem an. 808. Primus Chri-
stum profitetur *Sibertus*

IV. *Northumbria* cæpit an. 547.
desiit eodem casu an. 826. Primus
Catholicus *Edwinus*, cui successit
S. Oswaldus.

V. *Mercia* cæpit an. 522. desiit
875. *Peda* Primus Christianus, duo-
decimus *Offa* denarium S. Petri
edicit.

VI. *Ost-Anglia* cæpit 575. desiit
915. Ab Eduardo I. West-Saxone.

VII.

VII. *West-Saxonia* cæpit 520. hujus Rex *Egbertus* & successores reliquos tributarios faciunt.

Egbertus m. 837. *Ethelwolfus* regnum totum S. Petro tributarium esse vult. m. 862. *Ethilredus* Danorum Regem *Ivarum* concidit. m. 871. *Alfredus* Merciam pulso *Cewolpho* ejus Rege subigit; Oxonij Academiam statuit, Romæ ab *Adriano II.* Coronatur. m. 899.

S Æ C U L U M X.

Eduardus Senior Ost-Anglos subigit, Primus Angliæ totius Rex, m. 948. *Ethelredus* m. 954. *Edwinus* an. 958. *Edgarus* Walliæ Duci 300. Luporum tributum Imperat. m. 975. *Eduardus Sanctus Martyr*, matris *Alfredæ* scelere interemptus prodigiis inclarescit. m. 979. *Ethelredus III.* Danis toto regno sparsis fædâ lanienâ sublatis, eam gentem ita in se irritat, ut *Danigeldam*, tributum ita dictum, pendere cogeretur. m. 1016.

Edmundus à Danis trucidatus a.
1017.

Quid hic memorabile? Resp. Heptarcharum pietas rara, & erga S. Petrum liberalitas. 2. Scientiæ ple-
ræque in hoc Angliæ turbido pul-
chrè florentes, & in reliquam Eu-
ropam elatæ.

PERIODUS II.

Danica.

PYraticâ primum Angliæ Litto-
ra vexantes Dani regno de-
mum toto, nec diu potiuntur.

Quandonam? quamdiu? Resp. Sub
Egberto R. prima Danorum irru-
ptio memoratur, deinceps gravio-
res indies, multisque bellis mole-
sti anno 1017. rerum summam ad se
trahunt.

Canutus M. Sanctio Majori Hisp.
Roberto Gallo, Henrico S. Ger-
mano æqualis, artibus variis An-
glo-Saxones Proceres è medio tol-
lit, m. 1036. *Haraldus I.* m. 1040.
Canutus II. ingluvie perit an. 1042.
Ita-

Itaque Danorum regnum 23. annorum nec amplius fuit.

Eduardus Confessor, ab religionis cultu singulari ita dictus, Edmundi ultimi privignus Danigeldam inhibet, strumas sanat, eamque dotem posteris Regibus transmittit. m. 1066. *Haraldus* Eduardi ex fratre nepos à Guilielmo Conquestore cæditur an. 1067.

LECTIO XXVI.
PERIODUS III.

Normannica.

Normanni è Neustria profecti Angliam totam occupant.

Qui Normanni, quo jure? Resp. Qui sæculo nono è Norvegia, Daniæque, Rollone Bygoto Duce egredi, Neustriam Franciæ Provinciam à Carolo simplice consecuti, eam de se Normanniam dixere. Hic iterum liberorum multitudine laborantes eodem tempore in Angliam se, & Siciliam effudere. Jus in armis fuit, nisi quod Eduardus Confessor Danos adhuc dum regnan-

gnantes defugiens, & apud Robertum ab Rollone sum delitescens, regnum eidem in hospitij gratiam legasse dicitur.

Enumera hos Reges ? Resp. Non hos modò, sed & cæterarum periodorum Carmine inclusos ita, ut quivis versus sæculi unius Reges indicet.

1000. *Undecim Captant duo Guilielmi.*

1100. *Henricus Stephanus Henricus, Celebris Richardus.*

1200. *Post Joanes Henric, Eduarde prime*

1300. - - *Bini Eduardi Richardus*

1400. *Henrici tres, Eduardi duo Richardus & Henric.*

1500. *Henri Deîn Edûard, Maria ac Elisa.*

1600. *Jacobus, Carol. duplex, Jäcob Guilielmus.*

1700. - - *Anna Georgi.*

Wilhelmus Conquestor an. 1066. exscensione facta, relatâque ad Ha-

Hastingsiam de Edmundo magnâ victoriâ, adjutus item operâ Landfranci Cantuarien. Archi-Episcopi regnum obtinet; exarmatis Anglis victo Malcolmo III. Scotiæ Rege, venationibus molestus, Roberti majoris filij rebellione domitâ, totâ vitâ felicissimus m. 1087. *Wilhelmus II.* Conquestoris alter filius (primo Roberto Normanniæ Ducatus obtigit) à majore & minore fratre oppugnatus ab servulo pro cervo sagittâ confixus obit an. 1100.

S Æ C U L U M XII.

Henricus I. Minimus Conquestoris F. quia paulùm doctior *Clericus* appellatus, Roberto fratri in Palæstina absenti Normanniam rapit. reducem acie vincit, & 27. annorum carcere maceratum exoculat. In Parliamentum plebis quoque ordinem admittit. A Ludovico VI. Crasso adigitur Normanniam filio Guilhelmo cedere, hoc verò sine liberis mortuo 1135. Mathildem sororem regno hæredem

dem relinquit. Hæc Henrico V. Imperatori, deinde vidua Godfrido Plantagenistæ Andegavensium Comiti (quod Genistam florem in pileo gestare amaret) enupta Henricum filium suscipit, quonondum pubere *Stephanus* Henrici ex sorore nepos regnum administrat. m. 1154.

Ut notabis hos Reges ? Resp. Magni operis est duos Guilielmos Henricum unum, & intrulum Stephanum meminisse.

PERIODUS IV.

Andegavensium.

Octo Plantagenistæ Reges Scotticis Gallicisque bellis per duo & dimididium sæcula exercentur.

Henricus II. D. Thomæ Cantuariensis Cæde, sumptaque de se pœnitentiâ celebris; Regulis pluribus devictis primus se Hiberniæ Dominum appellitat, Wilhelmum Scotiæ Regem capit, à Richardo, Godofredo, Joanne filiis rebellio-

ne

ne impetitus animi ægritudine de-
cedit 1185.

Richardus I. Expeditione Palæsti-
na cum Ludovico VII. Franco su-
scepta, ortisque inde dissidiis no-
tissimus. In Sicilia multum tur-
bat, Cyprum occupat, & Guidoni
Lusiniانو divendit. Ptolemaide
Leopoldum Austriacum graviter
lædit. In reditu ab eodem captus,
magnâ pecuniæ vi, in Viennenses
muros veteres dein expensâ, liber-
tatem redimit, ad Vernolium for-
tuito telo confixus, & anteacto-
rum pœnitens m. 1199.

S Æ C U L U M XIII.

Joannes sine terra, Richardi Fr. Sa-
cerdotum hostis, in cives atrox,
suis exterisque invisus adeò, ut In-
nocentius III. Crucem in eum pro-
mulgaret, Regnumque Ludovico
VIII. Gallo donaret, à quo item ad
Bovinas magno prælio funditur.
Tanta hostium mole oppressus, ut
Pontificem placaret, denuo regnum
S. Petro tributarium facit. m. 1216.

Henri-

Henricus III. Ludovici VIII. exerci-
tum ad Lincolniam profligat, sed
cum tributorum gravitate oppri-
meret suos, rebellione impetitus
à Simone Montfortio Lancastriæ
Duce seditiosorum capite cum filio
Eduardo in carcerem conjicitur.
Inde elapsus F. Eduardus Patrem
throno restituit (Hujus Henrici Fr.
Richardus Cornubiæ Comes Im-
perator à Germanis dicitur) m.
1274. *Eduardus I.* Walliam to-
tam in Provinciæ formam redigit;
Scotiam immanibus odiis bellis-
que felicibus persequitur nonnisi
post tria sæcula restinguendis. Ab
Philippo Pulchro Burdegala exui-
tur. Adolphum Imperat. Gallici
belli socium habet. m. 1308.

S Æ C U L U M XIV.

Eduardus II. Isabellam Frânci-
cam ducit, unâq; myriadem malo-
rum genti utrique. Contra sco-
tos infelix multum à paterna glo-
ria degenerat. Gravestono pri-
mum, atque hoc Procerum odiis
L sub-

sublato Spenferis se totum permittit. Spretus ideo & invisus ab uxore regnum ejurare cogitur. 1326. *Eduardus III.* Franciæ regnum titulo uxoris, Caroli Pulchri (Capetingiorum ultimi) filiæ, contra Philippum Valefium repetit; Gallósque primùm ad Cressiacum, dein ad Slusam magnis cladibus afficit. Caletum occupat, denique ipsum Franciæ Regem Joannem captivum in Angliam transmittit. Davidem quoque Scotiæ Regem in vinculis habet. Periscedidis ordinem instituit, m. 1377.

Richardus II. in Gallicis bellis multa amittit, multa cum Parlamento tricatur, ab Henrico Lancastriæ Duce prælio victus interficitur. an. 1399. eodem, quo ante duo sæcula Richardus I.

PERIODUS V.

Lancastrio - Eboracensium.

Lancastriorum & Eboracensium Stirps Plantagenistarum Lateralis Gallicas ditiones amittunt, atro-

atrocibus æmulationibus Angliam
cruentant.

S Æ C U L U M X V.

Henricus IV. Lancastrius Richar-
di II. interfectior, multis conjura-
tionibus oppressis, regno suæ fa-
miliæ assertor m. 1413. *Henricus V.*

Normanniam recuperat, Catharinâ
Caroli VI. filiâ uxore ductâ, Parisiis
Franciæ Rex Coronatur. majora
parans, in ipso ætatis, felicitatis,
victoriarum flore morte præmatura
abripitur an. 1422. *Henricus VI.*

â puella Aurelianensi & Carolo VII.
sapiente multas clades accipit, to-
tâ Galliâ (Caletum excipe) tot-
bellis sæculisque decertatâ exci-
dit. Domi verò nihilo felicior

ab Eboracensi semel atque iterum
folio depulsus, toties restitutus,
quæ tamen calamitates illi ad egre-
giam pietatem profuere. m. 1461.

Eboracenses.

Eduardus IV. Varvicensem co-
mitem, cujus ope regnum adeptus

fuerat, multa machinantem in prælio occidit. Fratrem suum Georgiũ, nescio quo oraculo deceptus, Malvatico præfocat. Expeditionem in Ludovicum XI. susceptam corruptis Gallico auro Aulicis vanus abruptit. m. 1483.

Eduardus V. à Richardo Patruo ac Tutore, Glocestriensi Duce perfidè tollitur an. 1484. *Richardus III.* quo crudeliorem tyrannum Anglia nullum habuit. Ergo Procerum ac Bukingamij imprimis industriã Elisabetha Eduardi V. soror Henrico Richemondio despondetur, à quo Richardus in pugna trucidatur 1485. Nunquam adeò turbatior Anglia, aut Civilibus bellis tristioribus deflagavit. Ergo Rosa utraque, *Alba & Rubra*, ità ab Gentilitiis armis factio utraque nominabatur, non nisi 86. annis præfuit.

Nihil habes è Canistro industria?
Resp. Tres-icos. tres-ardos è quibus duo *Eduardi*, unus *Richardus*, ut
in

in superiori periodo 3. Eduardi,
unus item Richardus.

PERIODUS VI.

Richemondiorum.

Richemondiorum stirps è 5. Regibus, primum optimum, secundum pessimum, tertium propè nullum, Fæminam item Sanctissimam, impiissimam alteram regno dedit.

Quinam hi ? Resp. HENRICUS VII. sui ævi Salomon Ludovico XI. & Ferdinando Catholico, Callidissimis Regibus, laude & ætate æqualis, ut adeò vulgò tres Magi occidentales audirent. Varvicensem Eboracensium surculum ultimum supplicio afficit, Perkinum Impostorem debellat; Artibus politicis egregius, pacis ac pecuniarum Studiosior felicissimè regnat. m. 1509.

SÆCULUM XVI.

Henricus VIII. abolitis orthodoxis sacris Calvinum regno inducit. Thomæ Mori, & plusquam 70000.

Catholicorum interfector , uxor-
um , quas octo duxerat , trium-
carnifex , crudelitate , avaritiâ , li-
bidine ultimâ infamis , & qui mo-
riens se vitam , omnia amiffisse di-
ceret. a. 1547. Atque tali homi-
ni religiones fuas debet Anglia.
Eduardus VI. m. 1553. *Maria* E-
duardi foror , dum collapsam rem
Catholicam Cardinalis Poli & Phi-
lippi II. mariti operâ restituere fer-
vore fummo aggreditur , amiffi Ca-
leti dolore obit a. 1558. *Elisabe-
tha* Mariæ foror , Catholicorum-
cædibus , hærefi fundata , alitâ Ba-
tavorum rebellionem , victâ invinci-
bili claffe , promotis navigatio-
nibus , Hispaniâ multis cladibus in-
firmatâ , artibus politicis , Mariâ
Scotiæ Reginâ securi percussâ , fa-
mosa potius quàm laudata , m.
1603.

Utr hanc periodum figis ? Resp.
jam principio dixi : duos Henricos
optimum , pessimum &c.

§§ (247) §§
LECTIO XXVII.
PERIODUS VII.

Stuartorum.

STuarti extinctis 300. an. bellis Scotiam Angliæ adjungunt, tristi ferè omnes Conditione ac fato.

SÆCULUM XVII.

Jacobus I. Stuartus scotiæ, dein *Magna Britannia* Rex primus, Græcè & Latinè bene doctus litterarium otium molestis regni curis potius habet. m. 1625. *Carolus I.* præcipitis vir Consilij & inconstantis, primum Presbyterianos & Parlamentum summâ vi oppugnat, dein omnia indulget. Quare armis res agitur, succumbit miser, capitur à Scotis; Oliverio Cromwel-lo proditus, inaudito exemplo publicè carnificis manibus cervicibus resectis cadit 1649. *Interregnum* 19. annorum. Interim Cromwellus *Protektoris Angliæ* nomine rem administrat, Caroli II. exercitum delet, Hiberniam, Scotiam-

que felicitate maximâ subigit; Batavos navalibus victoriis atterit, Hispano Jamaicam eripit, Regibus ipsis metuendus tyrannus, siccâ tamen morte m. 1658. *Richardus* ejus F. defes, & tantæ moli impar. m. 1659. *Carolus II.* primi F. Mon-
kij Albemarlij Ducis ductu regnum
avitum recuperat. Hollandos in-
consultis duobus bellis parum fe-
liciter infestat, Galliæ, quam to-
tis pectoribus hauserat, Dunker-
kam divendit, voluptatum avidus
sectator m. 1658. *Jacobus II.* dum
ardenter nimium Catholicam effi-
cere Angliam festinat, regno ex-
cidit, in Gallia exul m. 1688.
Guilielmus Arausionensis, Batavorum
Gubernator, Mariæ Jacobi sororis
nomine ad coronam vocatus, de-
bellatâ per Schombergum Hiber-
niâ decenne contra Galliam bel-
lum, copijs maximis, fructu glo-
riæque non maximâ gestum Rulvi-
censi pace terminat. Vir alioqui
egregius, ab Galliæ Rege turpiter
cir-

circumductus *Partitionis* celebrem tractatum init , ingloriè finit an. 1702.

S Æ C U L U M XVIII.

Anna Jacobo II. genita Cæsari Batavisque fœderata, clarissimis victorijs Gallia latissimè grassantis nervos incidit. Verùm ipsa quoque Francicis præstigijs abducta pacem Ultrajectinam seorsim à fœderatis concludit , sibi infamem, Austriae rebus perincommodam , Europæ fere toti noxiam , occultissimis machinis à Gallis procuratam ; sed nullis verborum coloribus unquam satis ab authoribus cohonestandam. m. 1713.

PERIODUS VIII.

Hanoverana.

EXcluso Jacobo Walliæ Princ. Jacobi II. Fr. Georgius Hanoveranus Elector Rex acclamatur.

Quo Jure ? R. Matris suæ Sophiae, ex Elisabetha Caroli II. sorore, & Friderico V. Palatino genitæ. Ajunt & Angli sibi legem funda-

mentalem esse, qua Catholicae religionis Princeps perpetuò ab regno excludatur. Jam nunc Anglia Scotorum rebellionem permittetur.

Repete Compendio Reges omnes.
 Resp. Periodus I. Wilhelmus 2. Henricum & Stephanum intrusum habet, *Andegavensis* Hen-Ri, Jo-Hen, quatuor-ardos. *Lancastro Eboracensis* tres icos, tres ardos. *Richemondia* duos dispare Reges, totidem Reginas & Eduardum. *Stuarta* recentior est, ac ut industrijs egeat.

Unde hanc historiam? Resp. optimè è Joanne Spudæo, *Theatro Magnæ Britannia*, è Polydoro Vergilio, *Malmersturiensi*.

LECTIO XXVIII.

Chronologia Historiæ Italicae.

Aversis post direptam Romam in Hispaniam Vest-Gothis constitit sub Valentiniano, & secutorum Cæsarum umbris species aliqua emortualis Imperij, dum a. 476. Odoacer Herulus exauthorato

Augustulo Regem Italiæ se ferret,
regnavit annis 16.

SÆCULUM VI.

O St. Gothi Theodorico Rege
sub finem Sæculi V. Italiæ
regnum occupant, tenentque an-
nis 60.

Qui bi Gothi ? Resp. Theodoricus
â Verona dictus, deletis cum O-
doacre Herulis Italiam sibi totam
Zenonis Imperat. assensu vindicat.
Etsi Arianus, Literarum cultu,
clementiæ, humanitatis laudibus
insignis, quas tamen Boëtij & Sym-
machi cæde admodum infuscat m.
525. *Alaricus* sceleratus & perfidus
m. 534. *Theodatus* m. 536. *Vitiges*
Ravennæ â Belisario obsessus, Ca-
ptus, in triumphum Constantino-
polim abductus a. 551. *Totilas* â
Narfete, item *Tejas* successor pu-
gnantes occisi a. 554. quibuscum
hoc regnum desijt.

Excisis Gothis Græci Italiam
tenent annis 28.

Ecquid ? Resp. Narsetis Eunuchi

virtute, Justiniani Imperatoris auspiciis; at ille ab Justino Cæs. gravi injuria per Sophiam Aug. alienatus Longobardos, Germaniæ populum, Danubij ripas accolentem, in opimos Italiæ agros evocat.

Longobardi Italiam citeriorem omnem armis occupant, retinentque annis 206.

Quando? Resp. A. 568. Vide Dominatricis nuper Italiæ fatum miserimum, ut sæculo non integro ab Vest-Gothis, Herulis, Ost-Gothis, Græcis, Longobardis proculcata sexies Dominum mutârit. Fuit autem bipartitum Italiæ Imperium, ulteriorem Græci *Exarchatûs Ravennatis* titulo; citeriorem Longobardi *Papiensis* regni nomine obtinuere. Qua ratione nostra quoque Chronologia dividenda erit.

LECTIO XXIX.

Italiæ Citerioris Chronologia.

Italiæ citeriori per annos 206. Longobardi dominati sunt, deinceps

ceps Franci ac Germani Cæsares, dein in varios Principatus dissecta est. Quare totidem periodos designamus, quarum sit.

I. *Longobardica* ab a. 568. ad a. 774.

II. *Cesarum* ad a. circiter 1000.

III. *Principum*.

PERIODUS I.

Longobardica.

Longobardis Regibus multa cum exarchis, Pontificibus, Francis, inter se bella fuere.

Quos Reges ais? Resp. *Alboinus* regni conditor, uxoris *Rosimundæ* insidijs perimitur a. 574. *Clephus* a suo satellitio a. 575. Deinceps triginta Duces rerum moderantur ad a. 585. *Autharitus* a suis expulsus a. 626.

SÆCULUM VII.

Rotharitus Jus Longobardicum constituit, cum Exarchis multum tricatur. m. 653. *Rodoaldus* libidinibus infamis cæditur a. 656. *Aripertus* regno dejicitur a. 662. *Grimoal-*

moaldus cum Fori Julij Duce, Frāncis, Exarchis acriter belligeratur. m. 673. *Pentharitus* Ariperti F. m. 689. *Cunipertus* Alachim Tridenti Ducem, hostem Clericorum juratum, prælio interficit. m. 701. Anno eodem *Luitbertus* & *Ragumbertus* à rebellibus contrucidantur.

S Æ C U L U M VIII.

Aripertus II. Alpes Cottias Romanæ Ecclesiæ donat. m. 712. *Asprandus* eodem anno, *Luitprandus* Ravennâ potitur; *Thrasimundo* Spoleti Duce victo Romam obsidet. m. 744. eodem *Hildebrandus*. *Rachisus* Perusij Pontificem obsessum tenet, sed cum eodem honestè pactus Monachum agit. 750. *Aistulphus* Eutichio Exarcho fugatô, Exarchatum post 185. annos delet. Cum Romam peteret, *Stephanus III.* Papa in Galliam profugus magna à *Pipino* auxilia impetrat, à quibus victus *Aistulphus* Exarchatum Romanæ Ecclesiæ cedere cogitur. m. 756. *Desiderius* armis Exarcha-

archatum repetens à Carolo M. victus, captusque in Galliam abducitur. Longobardicum Regnum in Cæsarum ditionem transit.

PERIODUS II.

Cæsarea.

Longobardici Regni jus ad Cæsares, Francos & Germanos transijt ; ferreâ coronâ iccirco prope Mediolanum insigniri solitos.

Ecquâ sub his se habuit Longobardia? Resp. Per Cæsarum absentiam insigni libertate fruitæ sunt civitates, sub Carolinis tamen obsequentes utcûnque; sub Saxonibus factionibus inter se scissæ; aliæ ut Mutina, Monsferratus, Sabaudia in Marchionatus migrârunt; sub Francobus Suevisque sæpius rebelles; Guelforum & Gibellinorum factionibus miserrimè laceratæ, sub interregno ab tyrannis oppressæ. Post interregnum alienatæ, venditæ sic, ut præter umbram precarij

rij Imperij nihil jam Germanis Cæsaribus superfit.

PERIODUS III.

Principum.

CÆsarum indulgentiâ , Germaniæ interregno , inconsultâ Caroli IV. nundinatione , multæ urbes in Beneficiarios Principatus , aliæ in liberas respublicas commigrârunt.

Qui Principatus ? Resp. Mediolanum, Subaudia, Mutina, Parma , Florentia, de singulis paucula, Respublicas duas aliò differimus.

Mediolanum.

PERIODUS I.

Vice-Comitum.

Vice-Comitum familia uno ac dimidio sæculo rerum potita, sæpe Cæsaribus rebellat, Venetis item infesta.

Qui hi Vice-Comites ? Resp. *Matthæus* gentis caput A. 1310. beneficio Henrici VII. è Prætore, Mediolani Princeps , Imperij per Italianam Vicarius creatur, m. 1323. *Galacius*

leacius ab Ludovico Bavaro loco motus, & restitutus m. 1328. *Azo* de Joanne Bohemiæ Rege victor 1339. *Luchinus* ab uxore veneno tollitur 1349. *Matthæus II.* ab duobus Fratribus depulsus, *Galeacio* Petrarchæ suasu Papiensis Academiæ conditore, qui m. 1378. & *Barnabâ*, quem successor veneno è medio tollit a. 1385. *Joannes Galeacius* à Wenceslao Cæsare titulum Ducis emit, Veronam, Vincentiam, Tridentum &c. occupat, *Rupertum* Cæsarem acie vincit, *Valentinam* sororem Ludovico Aurelianiensi despondet cum jure successionis in masculæ prolis defectu. Inde tristissimorum cum Gallis bellorum origo. Adeò plerâque bella è nuptialibus tedis accenduntur.

SÆCULUM XV.

Joannes Maria Sævitix causâ à conjuratis in Ecclesia trucidatur a. 1447. *Philippus Maria* simul *Genuensium* Dux, *Alphonsum V.* Nea-

Neapolis Regem captum restituit, quin & hæredem nominat, Veronâ, Cremonâ amissis, sine prole decessit a. 1447.

PERIODUS II.

Sfortiarum.

SFortiæ ab Gallis, Hispanis, Cæsaribus diu valdéque jactati, post sæculum non integrum opprimuntur.

Quomodo ij Principatum sunt consecuti ? Resp. E quatuor candidatis Carolus Aurelianensis Matris *Valentinæ* titulos; Alphonsus V. *testamentum*, Franciscus Sfortia uxoris *Blancæ*; (erat hæc Notha Mariæ Philippi ultimi Ducis) Cæsares summi *Imperij* jus obtendebant. Judicatum porro est Beneficiarios Principes testamento Principatum cum Domini injuria alienare non potuisse. Languentioribus verò Germanis *Franc. Sfortia* armis prævaluit è Cotagnolæ Comite *Dux*, Genuenses item in deditionem accipit, m. 1466. *Joannes Galeacius* ductâ

ductâ Isabellâ, Alphonsi V. filiâ, ab
tutore venenum haurit a. 1594.
Fuit hic *Ludovicus Morus*, qui Domi-
natûs retinendi causâ Italiam to-
tam immanibus turbis confundit;
Neapolitanis Regibus Carolum
VIII. immittit, eundem Regem, Ita-
licorum fœderum ope, Italiâ ejicit,
Pisanos in Florentinos, Turcas in
Venetos multa arte concitat; Lu-
dovicum XII. per quem Principa-
tu exutus fuerat, Helvetorum ope
expellit, sed ab iisdem captus, pro-
ditûsque in Gallico carcere inte-
rit 1500. relictis duobus filiis Ma-
ximiliano, & Francisco, non tam
ditionis, quàm calamitatis hære-
dibus. Etenim

SÆCULUM XVI.

Maximilianus Gallis, in quorum
potestate annos 12. fuerat, magni
fœderis & Helvetorum præcipue la-
cetto repulsis Mediolanum Princi-
patum adit a. 1512. triennio pòst
à Francisco I. fugatur, & exul pe-
rit a. 1524. Carolus V. Celebri ad
Pa-

Papiam victoriâ, ipso Francisco capto, Principatum *Francisco* alteri Mori filio confert. Hoc sub annum 1535. demortuo Carolus V. ipse tantisper retinet, denique a. 1556. Philippo II. Hispano, Beneficiario jure confert, quæ rite notata recenti historiæ magnam lucem afferent.

PERIODUS III.

Hispanorum.

MEdiolanum deinceps Hispaniæ Reges in hanc diem tenuere.

Qui ? Resp. Philippi II. III. IV. Carolus II. Monarchiâ verò in Andegavensem translata Vaudemon-tius Gubernator Gallica præsidia admisit, verum a. 1706. celeberrimâ ad Taurinum victoriâ exactis Italiâ Gallis feudi Domino Josepho I. dein Carolo VI. & Imperij, & Hispaniæ titulo accessit. Hanc Leopoldus Domûs suæ Palladium dicere solebat.

SAbaudia è Burgundici seu Lotharici, partim & Longobardici regni ruinis enata per quatuor Sæcula Comites, è tenuibus initijs lentè auctos, dein Duces habuit.

Quinam illi ? Resp. Bertholdus è Saxoniorum Ducum stirpe oriundus primus Comes a. 1000. m. 1023. *Humbertus I.* Chablæsiâ, & S. Mauritij agro à Conrado Salico donatur m. 1047. *Amadeus I.* ante parentem. Otto Sufam Augustam Taurinorum uxorio nomine acquirit. m. 1060. *Amadeus II.* ab Henrico IV. agrum Bogæi obtinet m. 1095. *Humbertus II.* Tarantasiâ adjicit. m. 1103.

SÆCULUM XII.

Amadeus III. Comitibus R. Imperij accensetur ab Henrico V. Semel & iterum Hierosolymas peregrinus m. 1149. *Humbertus III.* 1188. *Thomas I.* ab Philippo Cæs. Quierium, Testonem, Modonem oppida

da dono obtinet. A Friderico II. cujus partes tuebatur, *Vicarius Imperij* nominatur. m. 1253.

SÆCULUM XIII.

Amadeus IV. sub quo Chablæsum & Augusta Taur. Principatûs titulo ornantur ab eodẽ Frid. m. 1246. *Bonifacius* m. 1263. *Petrus* cum uxore agrum Fossygniæcum acquirit 1268. *Philippus* m. 1279. *Amadeus V.* uxorio item nomine agrum Bogæum, Bressæum, Henrici VII. beneficio Astensem Comitatum nanciscitur, m. 1323.

SÆCULUM XIV.

Eduardus m. 1329. *Aymon* Jolantam, Montisferrati Dominam, uxorem ducit cum successionis pacto, per quam hæreditatem nunc demum ante annos 8. crevêre Sabaudi Duces. m. 1343. *Amadeus* Viridis m. 1383. *Amadeus VII.* Nizæ Comitatu ditionem auget, m. 1391.

(263)
PERIODUS II.

Ducum.

SÆCULUM XV.

Amadeus VIII. Salomon sui ævi dictus; alter sabaudicæ magnitudinis Conditor, Comes, *Dux*, Cardinalis, Pontifex, Sanctus. Gebennæ Comitatum emit, vercellas à Philippo Maria Mediolani Duce obtinet. Ex Eremita Papa, Felix V. dictus, abdicat, m. 1434. *Ludovicus* m. 1465. *Amadeus IX.* ob eximias virtutes Divus, & pater pauperum dictus. m. 1475. *Philibertus I.* adolescens m. 1496. *Carolus* 1489. *Carolus II.* 1496. *Philippus* Sine terra 1497. *Philibertus II.* 1504.

SÆCULUM XVI.

Carolus III. Cevæ comitatum à Carolo V. Imperatore refert. à Francisco I. Ditione exuitur, ab Helvetis malè mulctatur, m. 1553. *Emanuel Philibertus* ad S. Quintinum Hispanici exercitûs Imperator, ab Helvetis sua recuperat, Tende-
Mar-

Marro , Prellam coemit. m. 1580. *Carolus Emanuel Magnus* , Genevam frustra tentat , Saluzziorum comitatum occupat , perdit , ab Henrico IV. recipit. m. 1630.

SÆCULUM XVII.

Victor Amadeus I. Cherasiensi Pace condita nobilis , qua pro Montisferrato annua 15000. fl. ab Mantuano paciscitur, m. 1637. *Franciscus Hyacinthus* m. 1638. *Carolus Emanuel II.* Valdenses infestat m. 1666. *Victor Amadeus II.* A. 1690. Hispanarum partium; a. 1696. facta particulari Pace Gallicarum. A. 1701. Austriacas. A. 1713. denuo Gallicas amplectitur ; atque ita ab Cæsare Montisferrati feudum, ac nobilem Mediolani portionem; ab Gallo Siciliae regnum aufert. Hodiedum imperat, & quidem Sardiniae Rex.

Montisferratum.

Montisferrati Marchionatum Otho M. è Longobardici regni ruinis constituit.

Alramus a. 967. è Saxoniae Dynasta

sta Marchio, in cujus posteris decem, ad Joannem justum per annos 338. usque ad a. 1305. perstitit ditio.

Jolantha, Joannis Soror, Andronico II. Imper. Constantinop. nupta Theodori Palæologi mater, cujus posterii decem per annos 228. floruerunt ad annum nempe 1533. quo Joannes Georgius Græci sanguinis ultimus sine liberis obiit.

Erat ex pacto, Aymonis Sabaudi hæredibus succedendum, at Carolus V. feudi nempe Dominus, Margaretâ ultimi Marchionis sorore, Friderico Gonzagæ collocatâ, Mantuanis Montisferratum addixit, quem tenuerunt annis 174. ad an. 1708. quo in Sabaudum Josephi Cæsaris beneficio translatus fuit.

Mantua.

IN illa Caroli IV. Cauponatione, Gonzagæ Mantuanum agrum Coëmêre.

Ludovicus Gonzaga gentis caput.

Guido, Ludovicus II. Franciscus ab an. 1328. ad 1433. Mantuam Capitanus nomine rexere.

Joannes Franciscus à Sigismundo Cæsare an. 1433. Marchio creatus, Successores habuit Ludovicum III. Fridericum I. Franciscum II.

Fridericus II. Caroli V. partes adversus Franciscum I. secutus Dux nominatur, Margaretam item cum Montisferrati ditione obtinet. Successores fuere Franciscus III. Guilielmus, cujus Fr. Ludovicus Henricam Clivensem, Niverni & Rethelij hæredem ducit, ad cujus stirpem deinde Mantua devoluta est. Vincentius I. Franciscus IV. Ferdinandus, Vincentius II. unicâ filiâ Mariâ relicta.

Carolus II. Nivernensis Mariæ maritus Mantuam inconsulto cæsare occupat. Inde bellum Gallos inter & Ferdinandum II. Pace tandem compositum. Carolus III. Carolus IV. nupero bello Gallicarum partium, præsidij item Gallici

lici Mantuam recepti reus proſcribitur; miſerè Venetiis perit. Ducatus Comitiorum Imperij lege Imperatori addicitur. Deſuncti uxor Ellebovia Lotharingæ Ducibus juris aliquid præbet ad Mantuam & Montisferratum repetendum. En *Capitaneos tres, Marchiones totidem, Duces Gonzagas ſex, Nivernenſes tres.*

Mutina.

Mutina ab Othone Imperatore in Marchionatum Imperio beneficiarium erigitur.

Azo Saxonicae ſtirpis Eſtenſis ſeu Ateſtinus, primus Marchio Familiam condidit, quâ Italia nullam vel antiquiorem habet, vel nobiliorem. m. 970.

Ejus duo filij *Theobaldus* & *Albertus* ſtirpem in duos ramos diduxerunt.

Theobaldus m. 976. *Bonifacius* Ferrariae, Mantuae, Veronae, Lucae, Placentiae Dominus ſine liberis maſculis m. 1025. *Mathildis*, clariffima Heroïna, Piſam, Anconam, Spo-

letum ad priores ditiones adjungit. Godefrido Gibboso Lotharingo primum, dein Welfoni V. Bavaro nupta, ex neutro mater; postquam duobus Henricis Imper. fortissimè diu restitisset, moriens Romanam Ecclesiam amplissimarum Provinciarum (quibus deinde Patrimonij S. Petri nomen adhæsit) ex assè hæredem instituit. Post diuturnam litem ita demum Pontifici cum Henrico V. convenit, ut Lombardicæ Urbes Imperio, quæ ad Exarchatum pertinuerant quondam, Rom. Ecclesiæ manerent.

Successit itaque *Azo II.* Ex Albertina stirpe hodie dum superstitè. Ejus Frater *Welfus IV.* Lunenburgicæ Domûs est author. m. 1055. *Azo III Fulco.* Obizzo m. 1196. *Aldobrandinus* 1215. *Azo IV.* 1264. *Rainaldus* ante parentem. Obizzo II. 1293. *Azo V.* 1308.

Aldobrandinus II. 1318. *Rainaldus II.* 1325. Obizzo III. 1352. *Al-*
do-

dobrandinus III. 1361. *Nicolaus*,
1388. *Albertus* 1393. *Nicolaus* II.
1441.

Lionellus 1450. *Borsus* à *Friderico* III. *Mutinæ* & *Regij Duc* creatur, *Ferrariam*, quam sibi *Pontifices* ut *Exarchatûs* & *Mathildianæ* hæreditatis partem vendicârant, à *Paulo* II. *Beneficiario* nomine consequitur, m. 1450. *Hercules* m. 1471. *Alphonsus* I. 1534. *Hercules* II. 1558. *Alphonsus* II. 1597. *Cæsar* *Herculis* II. ex *Fratre* nepos, sed impare thoro genitus, *Mutinæ* quidem & *Regij Ducatum* à *Rudolpho* II. *Cæs.* non item *Ferrariam* à *Clemente* obtinet, m. 1628. *Alphonsus* III. 1629. *Franciscus* 1658. *Alphonsus* IV. 1662. *Franciscus* II. 1694. *Ferdinandus* nupero bello, qua *Beneficiarium* deceret fide, *Cæsaris* partes tuitus, ditione ab *Gallis* exuitur, restituitur à *Josepho* *Cæsare*, *Mirandulæ* *Principatum* præterea consecutus.

Parma.

PArma ac Placentia Urbes Regni Longobardici portio, ideóque Cæsaribus subjectæ olim, ac factionibus discerptæ, à Julio II. in R. Ecclesiæ ditionem rediguntur.

A Paulo III. in suum Filium *Petrum Aloysium* Beneficiario jure translata; is à conjuratis cæditur a. 1547. *Octavius* Margaritæ Austriacæ maritus, Gallici fæderis terrore Placentiam Carolo V. extorquet. *Alexander* Belgij pro Hispano Gubernator celeberrimus, dignusque qui pro Homero suo stradam nancisceretur. m. 1586. *Ranutius* m. 1622. *Odoardus* 1646. *Ranutius II.* ob Castri Ducatum multum tricator 1678. *Franciscus* Hodiernus Parmæ Dux.

Florentia.

Florentini emptâ post Interregnum libertate uno ac dimidio Sæculo optimatum regimine usi demum Medicæos Principes recepêre.

Cosmus Medices opum ingentium mercator, civium plerosque largitionibus obnoxios habens, ac reverà civitatis Princeps Nobilium æmulatione proscriptus; sed mox Venetijs ab exilio revocatus, comitate, magnificentia, consilio animos omnium sibi conciliat. m. 1464. *Petrus* non eadem vi mentis, & quod nomina à civibus acerbius exigeret, invisus m. 1472. *Laurentius* conditâ insigni Bibliothecâ, eruditis Græcis, qui Constantino- poli effugerant, hospitio receptis, in omne litteratorum nomen liberalitate, è Florentia Parnassum facit. Conspiratione nobilium in templo confoditur 1492. *Petrus* quod se, urbemque Carolo VIII. dedidisset, ab civibus expellitur, moritur exul. a. 1504. Inde usque ad annum 1513. Interregnum & Savanarolæ turbæ. Subinde Joannes Medicæus Laurentij filius in Pontificem Leonis X. nomine electus autoritate sua perfecit, ut

Laurentius Petri filius in integrum restitueretur. m. 1518.

Alexander tandem cæptam à Cosmo telam pertexit, postquam annis omnino centum, nempe ab a. 1431. ad 1531. de Principatu certatum fuisset. Namque Carolus V. ut Clementem VII. Medicæum gente, Gallis abstraheret, Florentiam post annuam obsidionem Alexandro, Ducis titulo permisit. A patruo Laurentio perfidè cæditur 1537. *Cosmus I. Magnus*, Ejusdem Caroli beneficio Senas occupat. Duabus arcibus Florentiam frænâ. *Magni Ducis* titulum à Pio V. Pont. impetrat, etsi repugnante Maximiliano II. Imper. in omni vita splendidus, sagax, magnanimus m. 1574. *Franciscus* parens Mariæ, Ludovici XIII. matris, m. 1587. *Ferdinandus I.* Hispanorum prælidia totâ ditione suâ ejicit. m. 1608.

Cosmus II. mitis Princeps & pacatus m. 1621. *Ferdinandus II.* 1642.

1642. *Cosmus III.* hodie dum feliciter imperans, superstitem habet filium unicum Gastonem nulla hæredum spe, multis jam nunc candidatis; non sine metu permiscendæ multis turbis Italiæ.

LECTIO XXX.

Chronologia Italiæ Ulterioris.

*Recensitis Longobardici regni vicibus, reliquæ Italiæ Chronologiam per-
texe?* Resp. Carolus M. victis Longobardis cum Irene ac dein Nicephoro Imperatoribus ita transegit, ut Longobardicum regnum Cæsares; Exarchatûs partem Pontifices; reliquam ab Romano agro Italiam Græci retinerent. De Pontificiæ Italiæ Rebus in Hist. Ecclesiastica agendum; In præsentī Neapolitani regni (uti deinceps vocitatum est) res ab a. 800. ad 1716. gestæ delibandæ veniunt.

Ab obitu Caroli M. Græci ab Sarac-

racenis inquietati per duo Sæcula. A. 1036. *Normanni* expulsis Græcis totam sibi vendicant. A. 1200. *Suevi* Duces hæreditate succedunt. A. 1265. *Andegaveses* Pontificis vocatu regnum occupant. A. 1435. *Aragones*. an. 1550. *Hispano - Austriaci* rerum potiuntur.

PERIODUS I.

Græci.

Sub Sæculi noni initia Saraceni Græcorum vecordiâ magnam Ulterioris Italiæ partem occupant.

Quinam tum Græci Cæsares ? Resp. Nicephorus Logotheta, Michael Curopalates &c. E Michaëliino Leonidarum additamento, item è tota Basilianorum periodo. Quæ ætate Saraceni subjugatâ Siciliâ, latè se in Neapolitanum agrum effudère.

Quid ad bas Germani Cæsares ?
Resp.

Resp. Ludovicus Lotharij success-
 for feliciter in eos pugnavit. Otho Magnus ab Nicephoro Pho-
 ca turpiter delusus ; cujus tamen
 filia Theophania Othoni II. Col-
 locata est. Hic primùm victus ,
 tantam victoribus cladem repo-
 suit, ut *pallida mors Saracenorum*—
 diceretur. Otho III. & Henricus
 Sanctus multa item Saracenis Græ-
 cisque loca eripuêre. Ita illa Ita-
 liæ pars per duo sæcula inter Græ-
 cos , Germanos , Saracenos sævi-
 ter discerpta est.

PERIODUS II.

Normannica.

GAllici Normanni pulsas Sara-
 cenis, primùm Apuliæ Co-
 mitum, dein Ducum, denique—
 Regum nomine eâ Italiæ parte do-
 minantur.

Quos Normannos ais ? Resp. Ut
 sub Carolo Crasso sæculo 9. Au-
 strasiam infederint, supra dictum.

Normanniâ ad Wilhelmum Notum, Conquestorem dein appellatum, delatâ, indignati talem Principem Proceres, alibi Colonias fixuri, magno numero emigrant, Tancredo Duce, 12. filiorum parente, nec difficili victoriâ discordem regionem omnem sibi armis afferunt a. 1036.

Tancredo a. 1041. demortuo Wilhelmus, Drogus, Hunfridus, Goffredus Fratres successim imperant ad 1059. Clarior cæteris Robertus Guiscardus bellicâ gloriâ inclytus, primus se S. Ecclesiæ Vassallum dicit, ideo ab Nicolao II. Ducis titulo honestatus. Saracenis ademptam Siciliam Rogerio Fratri confert. m. 1085. Rogerius Guiscardi filius Boamundi Anthiochiæ Principis Frater m. 1111.

SÆCULUM XII.

Wilhelmus dum Græcam sponsam foris procatur, â cognato Siciliæ

ciliæ Rege Rogerio ditione spoliatur. m. 1127.

Utriusque Sicilia Regnum.

ROGERIUS I. Ab Anacleto Pseudo-Pontifice armis petitus. Innocentium II. victum capit, verum instauratâ amicitia ab captivo suo *Rex utriusque Sicilia* coronatur. Constantinopolim classe terret, Ludovicum VII. Palæstinâ reducem jam captum liberat. m. 1154. *Wilhelmus Malus* Adrianum Pontificem capit, honestè habet, dimittit. Hujus soror est celebris *Constantia*, quæ regnum ad Suevos detulit. *Wilhelmus Bonus* ita dictus ob expeditiones sacras omni ope sustentatas ac promotas. m. 1189. *Tancredus* Northus ex *Wilhelmi Mali* Fratre à Siculis & Neapolitanis Rex agnitus, ab Henrico VI. Cæsare, Constantiæ marito, bello petitus interit. a. 1192. *Wilhelmus III.* Tan-

credi F. eâdem causâ ab eodem
Cæsare fugatus, dein exoculatus,
castratusque in Germania exul m.
1194.

Quomodo hos retinebis ? Resp.
Rogerium, duos Wilhelmos, *Ma-*
lum Bonum, primo Normanno co-
gnominem ultimum Tancredum,
retinere quid artis sit ?

PERIODUS III.

Suevica.

EXtinctis Normannici Genē-
ris Regibus Suevi succedunt,
quorum Regnum breve, impaca-
tum, tragico exitu terminatur.

Henricus VI. Suevici generis Im-
perator ab Siculis acerbius habi-
tis *Afferi* cognomentum retulit.

SÆCULUM XIII.

Fridericus II. Henrici è Constan-
tia F. in Germanica & Ecclesiasti-
ca Historia ob multa, quæ tulit
fecitque, mala notissimus, quie-
tam

tam utcūque habet Siciliae utriusque possessionem ; à Manfredo, Notho suo, veneno potatur 1250. *Conradus* Friderici F. regno non diu potitus, ab eodem Manfredo eadem fraude tollitur 1254. *Manfredus* parricidij præmium, regnum refert, sacris interdictus, ab Carolo Andegavensi (Cui Regnum Pontifex donârat a. 1262.) ad Beneventum acie, victus à suis perimitur, quali tyrannum deceret exitu 1266. *Conradinus* Conradi F. Collectis in Germania copiis, Comite Friderico Austriaco avitam ditionem repetiturus ad Asturam infelici prælio Commisso capitur; ab eodem Carolo Ludovici S. Fratre; inauditâ atque barbarâ crudelitate Nobilissimus juvenis, gentis suæ ultimus, Carnificis manu obtruncatur. Moriturus Petrum III. Aragoniæ Regem hæredem dicit. 1269.

PERIODUS IV.

Andegavensis.

ANdegavenses turbato ferè & infelici regno utuntur.

Carolus I. Ludovico VIII. Galliae Rege natus, Andegavi Dux, Pontificis Suevicum genus mirè exosi, donatione, geminâque de Manfredo & Conradino victoriâ regnum adeptus ; Antiochenæ principis Mariæ connubio, Hierosolymitani regni titulos adjicit, per Siculas vespertas Siciliam amittit. Ejus filius ab Aragonica classe victus capitur, m. 1285. *Carolus Claudus* libertati assertus, Andegavum Valesijs cedit (quod deinde Joannes Bonus Ludovico Filio confert. Excipit hunc Ludovicus II. m. 1417. Ludov. III. 1434. Renatus 1480. *Carolus Mænius* 1481. is qui moriens Neapolitani regni jus Ludovico XI. Regi testamento legat) filios. —
qua-

quatuor , quorum duo Reges ,
 Duces duo , Carolus Martellus ,
 quem ex Maria Stephani Ungar.
 Regis filia suscepserat , deinceps
 Ungariæ Rex ; Robertus succes-
 sor ; Philippus Tarenti ; Joannes
 Dyrrhachij Dux.

S Æ C U L U M XIV.

Robertus cum Carolo Martello,
 majore natu fratre, regni causâ li-
 tigat, Pontificis sententiâ superior
 evadit , sine hærede m. 1343. *Jo-*
anna Roberti F. fæminarum im-
 probarum improbissima, Andream
 Ungariæ Regem maritum strangu-
 lari jubet. Bello iccirco à Lu-
 dovico M. Ungar. R. petita, at-
 que cum Ludovico Tarantino al-
 tero marito regno ejecta , dein-
 restituta , Jacobo Balearico ;
 hoc verò suâ an alienâ morte elat-
 to , Antonio Brunsvicensi nubit.
 A Pontifice excommunicata, à Ca-
 rolo Dyrrhachij Duce victa , cõ-
 dem,

dem , quô Andream sustulerat, locô strangulatur. Moriens Ludovicum, Joannis Boni filium (de quo suprà) hæredem asciscit an. 1382. *Carolus Parvus* Dyrrhachinus Hedwigem, secundam Ludovici Ung. Regis filiam, uxorem ducit , illúdque regnum summâ Mariæ (erat hæc major natu filia Ludovici & regni hæres) injuriâ occupat, ab Ungaris ipsa Natalis Dominici nocte trucidatur 1383. *Ladislaus* Jaurini quidem Rex inauguratus , sed ab Sigismundo Imp. Mariæ marito in Italiam suam rejectus , Romam occupat, Florentiam obsidet , multa turbans à sorore Joanna venenum bibit a. 1414.

SÆCULUM XV.

Joanna II. priore illâ improbissimâ improbior duos maritos, Wilhelmum Austriacum , Jacobum Borbonium tædiis conficit. Regnum

gnum primūm Alphonso V. sapien-
ti, deinde mutata voluntate Lu-
dovico III. Andegavenſi testamen-
to tranſcribit m. 1435. Inde
Sanguinariæ illæ Arago- nes inter
& Andegavenſes Tragædiæ.

Quæ hos notas ? Reſp. Duos Ca-
rolos cum Roberto Joanna una
excipit, Carolum unum & Ladis-
laum Joanna altera, ſeu jambico
verſu.

*Caroli , Robert. Joann. Carol.
Ladis. Joann.*

PERIODUS V.

Aragonia.

A Ragonibus Gallorum arma &
artes inquietum regnum fa-
ciunt.

Alphonſus V. Sapiens ſepten-
ni bello , variâ fortunâ uſus Ca-
jetam obſidens à Genuenſibus ca-
pitur , à Philippo Maria Medio-
lani Duce ſuppetiis obtentis Nea-
polim

polim & Robertum Ludovici III.
 Andegavenſis Filium devincit. —
 an. 1442. litteris adeò deditus, ut
 in febrī pro medicamento Cur-
 tij ac Livij Lectionem adhibe-
 ret, ab Laurentio Valla, ac An-
 tonio Panormitano doctiſſimis —
 præceptoribus inſtitutus m. 1458.
Ferdinandus Alphonſi Nothus fe-
 liciter regnat ad an. 1494. In
 quem Caroli VIII. expeditio in-
 cidit, quo metu Alphonſus ma-
 jor natus filius ſe in Monafterium
 abdens regnum *Ferdinando* Fratri
 permittit. Hic ab Carolo VIII.
 regno exutus, eò verò ex Italia
 dejectò, reſtitutus m. 1496. *Fri-*
dericum Ludovicus XII. throno
 evolvit, Neapolim ſubigit, eam-
 que cum Hiſpano *Ferdinando*
 Cathol. partitur, apud quem —
 captivus *Fridericus* perit. 1501.
 Tandem Gonſalvi M. Capitanei
 victoriis vacuata Gallis Neapolis
 tota *Ferdinando* ceſſit.

Quomodo hos notas ? Resp. A
f f f. Alphonsus, Ferdinandus
senior, Ferdinandus Junior, Fri-
dericus.

PERIODUS VI.

Hispano-Austriaca.

IN Ferdinandi Catholici poste-
ris hodieum Neapolis per-
durat.

Quinam hi ? Resp. Toties decan-
tati Carolus V. Philippi I. II. III.
IV. Carolus II. sub quibus ni-
hil memorabile, præter Agnel-
lorum seditiones.

In Fatali illa Hispanicæ Mo-
narchiæ revolutione, authore
Medinacælio Prorege, Neapolis
Andegavense jugum recepit; dum
an. 1706. post Taurinensem vi-
ctoriam Duce Thaunio Comite,
Neapolitana urbe per deditio-
nem; Cæjetâ assultu captâ Jose-
pho Cæsari redderetur.

Atque hinc novam Periodum
Germanico - Austriacam meritò au-
spicamur, quam regnorum arbi-
ter

ter DEUS diutinam faxit : nam æternam optare rerum humanarum conditio prohibet.

Dic Compendio. ? Resp. Neapolim Normanni armis ; hereditate Suevi ; Donatione Andegavenſes , Jure ſimul & armis Aragones ; armis doctisque Hiſpani cæpère.

Unde hanc hiſtoriam petes ? Resp. Ex Carolo Sigonio, Uberto Foſſetâ , Guicciardino, & Collecto-ribus rerum Italicarum variis.

Sicilia.

AB Roberto Guiscardo ad Ca-
Carolum Andegavenſ. Sici-
lia eoſdem cum Neapoli, deinceps ſuos ipſa ſeorſim Reges habuit.

Caroli an. 16. Veſperæ ſiculæ
Petro III. Aragoni Siciliam peper-
rere, m. 1282. *Jacobus Petri ſe-
cundo genitus in Carolum Nea-
polititanum pronior m. 1296. Fri-
dericus III. Petri Filius ab Jacobo
Fratre & Carolo Calvo infeſtatur
1337. Petrus II. 1343. Ludovicus
1355.*

1355. *Fridericus simplex* sine liberis 1377. Hujus filia *Maria* Martino Aragoni, Martini Regis filio Siciliam affert, quo a. 1410. de mortuo hæreditas ad Martinum Patrem devolvitur, ejusque successores: Ferdin. I. Alphonsum Sapientem (cui & Neapolim accessisse diximus) Joannem II. Ferdinandum Catholicum, Carolum V. ejusque Successores.

A. 1701. cum cæteris Hispanicis Provinciis Andegavensi se subdidit; Trajectensi pace Sabaudiaë Duci adjudicata erat; Sed A. 1720. ad Carolum VI. Cæsarem, ut suo loco dictum, rediit.

LECTIO XXXI.

Historia Ungarica Chronologia.

Hic non minùs, ac in orbe reliquo, fortuna volubilis. Postquam ingens populus ex Scythia Asiatica sub sex Ducibus, quorum Princeps Athila, Europam propè universam fœdè lacerâisset, in Catalaunicis tandem campis à
Theo-

Theodorico Rege , & Aëtio , Romano Senatore, impetus illius non nihil fractus est , jussusque retrocedere, in Pannoniam rediit. Sed novis iterum sub Ducum septem gubernio Hunni supetijs aucti , *Pannonum* abolito , *Ungarorum* assumpto nomine, in Ungaria sedem fixerunt ; regique ab anno 1001. cepere; utramque interim experti aleam.

Quot his periodos attribuis ? Resp. In ternas tempus à S. Stephano I. Rege ad Ferdinandum usque Austrium partiar : quod est 526. annorum.

I. *Regni Orientis*, in qua 7. Reges ab anno 1001. ad 1080.

II. *Accrescentis* ; dum scilicet adjectis novis ditionibus potentiam extendunt ab an. 1080. ad 1210. id est an. 130.

III. *Florentis* : cui & *præcipitium* addam : quo præcipue Turcam hostem experti infestissimum ab anno 1210. ad 1527. id est : an. 317.

PERIODUS I.

Ungaria oriens.

SÆCULUM XI.

Stephanus Geysæ , primi ex Ungaris Catholicam fidem professi filius , pietate memorabilis , à Sylvestro II. Coronam , quæ olim Constantini M. fuisse creditur , accipit. *Apostolici* agnomen , profuso in Ecclesiasticum statum favore commeruit. Regnum suum Matri Virgini dedicat , elato unico filio , S. Emerico , ipse moritur 1038. *Petrus* ex Patria dictus *Alemanus* , S. Stephani ex Sorore nepos , propter sævitiam in Proceres deponitur soliô a. 1041. *Ata* itidem S. Regis nepos à Petri militibus occiditur 1044. *Petrus* in regnum ab Henrico Imperatore per vim reductus , ab Ungaris excœcatur , ac tandem occiditur 1047. *Andreas I.* Ladislai calvi filius cum fratre Bela pro corona dimicans , interficitur 1059. *Bela I.* ad idolola-

M

Iolatriam reduces Ungaros ferro
exscindit. Primus in regno mone-
tam argenteam cudi jubet. Reli-
ctis filiis Geyfâ, Ladislao, & Lam-
berto, ruinâ domûs obteritur. 1063. *Salomon* Andreæ I. filius,
fortunæ pila. Taurunum, five Bel-
gradum, Serviæ caput, Ungariæ ad-
jicit: tandem à Geyfa, & Ladis-
lao Patruelibus regno exuitur. Privatus, & ut multi putant, in cre-
mo moritur 1077. *Geyfa* fugato
Salomone, regnum consequitur.
Sub hoc fames (quod mirum) Un-
gariam vastat, suscepit liberos Co-
lomanum & Almun. moritur 1080.

PERIODUS II.

Ungaria accrescens.

SÆCULUM XII.

S. *Ladislau*s Croatiam, Dalma-
tiam, & Slavoniam legato so-
roris, Zvonimiro improli nuptæ
consequitur. Tartaros, & Cum-
anos bellis continuatis atterit, ipse
finè liberis moritur 1096. *Coloman*

nus (ut putant aliqui, primùm Episcopus Varadiensis) crudelitate memorabilis, Almun fratrem suum, & filium ejus oculis privat, ac tandem gravis regno, & sibi moritur 1115. *Stephanus II.* dictus *fulmen*, quòd nihil ex Consilio, sed omnia ex animi fervore ageret. Abdicato ad extremum regno, monachus factus moritur 1131. *Bela II. Cæcus* Borichum, Colomani ex pellice filium, regnum sibi affectantem, profligat. Integerrimè administrato regno moritur 1141. *Geysa II.* parenti in pietate æqualis, vel etiam superior: hostium manubiis templa exornat, mor. 1161. *Stephanus III.* filius *Geyse II.* multis contra Venetos, Emmanuel Græcorum Imperat. Patruosque suos, Ladislaum & Stephanum, bellis exercitus, moritur 1173. *Bela III.* latronibus regnum purgat; moritur 1196. *Emericus Bella III.* filius, unico relicto filio Ladislao m. 1204. *Ladislaus III.* post

sextum ab indepto regno menscm moritur.

Dnos adhuc in periodo ista Reges vidêris omisisse. Resp. Ungarici quidem Chronologi *Ladislauum II.*, & *Stephanum IV.* *Bela* cœci filios, in Regum serie numerant: verùm quo jure, legitimo superstite *Stephano III.* solum occupare, & valuerint; non video: capropter eorum habendam rationem nullam censui.

PERIODUS III.

Ungaria florens & præeps.

SÆCULUM XIII.

Andreas II. dictus *Hierosolymitanus* ob insignem de Sultano Babylonio victoriam. mor. 1235.

Bela IV. à Tartaris ex Ungaria, & pulsus, in Insulis maris Adriatici diu latuit; donec Rhodiorum equitum, & Frangepanorum Comitum ope restitutus fuisset; moritur 1270. *Stephanus V.* Othocorum Bohemiæ Regem, & iterum Bul-

Bulgarix, sub tributum coactâ My-
fiâ, domuit. mor. 1272. *Ladislau*
IV. dispar patri Stephano V., di-
ctus ab Ungaris Kwalâszlo obtur-
pes Cumanarum amores. Sub hoc
secundâ Tartarorum irruptione
vastatum regnum; Rex ipse à Cu-
manis in prælio victus occiditur
1290. *Andreas III.* nepos *Andree*
II. ex Stephano, dictus *Venetus*.
Primus in Austrios, sibi tandem
parère iussos, arma expedit, mo-
ritur 1301.

SÆCULUM XIV.

W*enceslaus Bohemus* factione
quorundam contra Caro-
lum pronepotem Stephani V. Rex
creatus, folio triennio post iussus
valedicere à Patre in Bohemiam
reducitur 1304. *Otho Bavarus*
etiam partium studio regnum ade-
ptus, in itinere Transylvanico co-
ronam perdit; à Ladislao Vajvo-
da Transylvaniæ captus, & è regno
pulsus 1308. Interregnum toto

biennio durat, donec *Carolus I. Caroli Martelli* filius, pronepos *Stephani V.* omnium consensu Rex inauguraretur. *Matthæum Trenchinensem* Comitem ingenti clade ad *Cassoviam* afficit. *Locustæ* *Ungariam* depopulantur, moritur 1342. *Ludovicus I.* *Moldavos*, & *Ruthenos* domuit. Vehementer *Cumanorum* ad Christi fidem conversionem procurat. *Judæos* toto regno pellit, moritur 1382. *Maria Ludovici* filia, cum *Elisabetha* matre quadriennio regnat, factionibus interim scisso regno, dum *Palisna* cum *Laczkovichio Carolam II.* cognomento *Parvam*, *Ludovici I.* ex fratre *Andrea* nepotem, Sceptro admovent; sed hic à *Blasio Forgacs*, procurante *Palatino*, *Nicolao Garâ* occisus anno 1385. liberum *Mariæ* solum reliquisset; nisi iterum *Maria* à *Joanne Horvath*, *Præfecto Illyrij* anno 1387. capta, marito *Sigismundo Imperatori*, & *Bohemiæ Regi* jus suum

suum cedere satius putâisset, mortua 1392.

SÆCULUM XV.

Sigismundus ob infelicem cum *Bajazethe I.* ad *Nicopolim* pugnam (cœsis Gallorum 20000., & Turcarum 60000.) à factiosis Ungaris in carcerem conjectus, sed iterum liber; multis in Imperio, & Regnis præclarè ordinatis, & gestis moritur 1437. *Albertus Austrius Sigismundi* gener, nec totum biennium in folio exigit, moritur 1439. *Vladislaus I.* Poloniæ Rex, diademate quodam ex reliquiis S. Stephani Regis desumpto (cùm coronam *Elisabetha Regina*, *Alberti Austrij* Consors, ad *Friedricum Romanorum Cæsarem* *Viennam* abstulisset) coronatus, ad *Varnam* ab *Amurathe II.* cæditur Anno 1444. *Ladislaus V.* dictus *posthumus*, quia post mortem parentis sui *Alberti* natus, sub quo, Duce *Joanne Hunyadi*, immorta-

li viro, celeberrimâ clade Mahometes II. ab obsidione Belgradi depulsus, moritur 1458. *Matthias Corvinus*, jure dicendus Ungariæ Hercules, totam propè vitam inter arma contra Austriacos, Bohemos, Transilvanos, Turcas expedita, transactam; perpetuisque laureis decoram clausit 1490. *Vladislaus II.* Rex Bohemiæ, Rusticorum bello magnâ mole (tantum fuit) composito clarus, moritur 1516. *Ludovicus II.* & postremus Rex, in quo Ungariæ flos, cæso à Solimano II. Rege, cum magna nobilitatis parte, ad Mohathum concidit 1526. Ab hoc rege Austriacis alaquamdiu corona regni, tandem, quæ perperam Joanni Scepusiensi fuit imposita, in Ferdinandi I. vertice, cujus Soror Maria Ludovico nupta, confedit: & in hodiernum Austriaca est.

Num quid præterea dignum memoriâ succurrit? Resp. Addo his Joannem Hunyadi, qui à Varnensi clade

de totum regnum Gubernatōis
titulo, authoritate regiâ, virtute
heroicâ per septennium admini-
stravit, ac tandem ingens ille ter-
ror Ottomanæ potentia mortuus
1455.

In pugnum coge omnia. Resp.
Sic habeas.

I. Sanct. Stephanus, Petrus, Aba, An-
dreas, Bela, Salomon, Geyfa.

II. Deinde Ladislaus, Colomanus,
Stephanus; tum Belâque Cœcus:
Geyfa, Stephanum, Belam, túque
anteis, Emerice, Ladislâ^{us}.

III. Andrea, Belam; Stephano, su-
peradde Ladislâ^{us}.
Andrea, Wenceslaum, Othoni,
Carolúmque.

Post Ludovicum, facta est Regina
Maria:

Hanc sequitur Carolus Parvus, Sig-
mundus, & Albertus;

Clade Vladislaus clarus; nascen-
do Ladislâ^{us}

Corvinus Matthias, Vladislaus,
denique Ludvicus.

Unde Ungariæ historia petenda? Resp. hanc dant Ant. Bonfinius, Nicol. Istvanffius. Joan. Sambucus, Nicolaus Olahus. Philip. Callimachus. Joan. de Thurocz, &c.

LECTIO XXXII.

Chronologia Regum Dalmatiæ, & Croatia.

Labyrinthum, aut antrum Trophonij hîc te ingressum puta. Adeò multa implexa, hispida, hiulca: quædam etiam prærupta. Nec alibi faciliùs, quàm in domesticis scriptoribus pedem fixeris: alieni pauca delibârunt. Multa præterea, quæ historiam juvarent, injuriâ temporum, multa incuriâ hominum pessumiverunt. Sed triacas non ordior; nec enim adversaria nunc scribendi est animus: hæc aut aliis relinquimus; aut alteri servanda sunt tempori. Id
ta-

tamen (æquus , & peritus rerum_ arbitrer judicet) quî ferendum sit ? nescio : tribus, iisque obscuris Porphyrogeniti fretus vocibus recens Chronotaxista , magnæ cæterum vir lectionis , persuadere nititur ; non è gente Croatica , olim interamensi dicta, Bohemos, & Polonos ; sed Croatas ex Polonia ortos. Superi ! ergo Bohemorum nemo, nemo Polonorum Porphyrogenitum legit ; qui suæ gentis incunabula Croatarum genti in acceptis referunt ? adeoque vel imperiti omnes illi ; vel hic omnium oculatissimus : eligat ; utrum velit : & se tot claris scriptoribus cum suo Porphyrogenito parem ; si vult, etiam majorem faciat ; ut tandem aliquid orbi persuadcat. Hæc obiter : nunc ad rem. Tempora ab an. Christi 547. ad 1091. persequar : quo S. Ladislaus , Sorori suæ ferens suppetias, hæc regna_ sua esse meruit. Quæ de succedentibus sibi Regibus, eorūque

hominibus certiora sunt; pertexam. Lacunam obviam (hic etiam vetustatem licet agnoscere) saltu metiar. Seriem porrò totam Regum in duas Periodos divido: prior Gentiles, posterior Christianos dabit.

Quot annos cuivis tribues? Resp: Gentilis ab an. Christi 547. usque ad 640. unum ferè Sæculum complectitur; Christiana verò, in plures subinde classes partienda, ab an. 640. ad an. 1091. quaterna, cum dimidio Sæcula continet.

PERIODUS I.

Reges Gentiles.

ANno Æræ Christianæ 545. *Strogilus*, sive *Stroilus* Fr. *Totila* Regno Illyrici per vim potitus, Regum Dalmatiæ, atque Croatiae fundamentum jacet.

SÆCULUM VI.

Quinam hi Reges? Resp. *Strogilus* ipse dum, adeptis jam regnis

regnis minimè contentus, aliis in-
 hiat, à Justiniano Cæsare prælio
 in Dalmatia victus perimitur circa
 a. 541. *Svejoladus* Strogili F. solâ
 Christianorum persecutione cla-
 rus, moritur an. 559. *Selymirus*,
 patri dissimilis, Princeps manfue-
 tissimus, æquè Christianis, ac suis
 Gentilibus favit, mor. anno 590.

SÆCULUM VII.

B*Ladinus*, seu *Mladinus* paterna-
 rum virtutum exasse hæres m.
 circa an. 631. *Ratimirus* (sed ut
 alii, meliùs *Razimirus*) ab avita hu-
 manitate penitus degener, & alter
 in suo regno Christianorum Nero :
 finè liberis moritur circa an. 634.
 Hunc sequuntur quatuor *Anonymi*
 ex Razimiri stirpe, mali corvi, ma-
 la ova, Christiano cruenti san-
 guine; sed in hoc boni, quòd ce-
 leri morte locum melioribus cesse-
 rint circa an. 639. *Satimirus*, vel
 potiùs *Sadimirus* ab Razimiro quin-
 tus : Princeps vel inter bonos

optimus. Christianos Tyrannorum metu in nemora profugos, benevolè collegit, pristinisque sedibus restituit: sed nondum expleto imperij anno, summo omnium dolore extinguitur circa an. 641. Hac tempestate Bulgari Christianam fidem, operâ Constantii Thessalonicensis, viri sanctitate, & eruditione conspicui, suscipiunt.

Nihilne succurrit præterea? Resp. Post Sadimirum, lacerato jam Romano Imperio, Avars populi Dalmatiam, Croatiâque, delictis ubique Romanorum præfidiis occupant. Illyrij ad Heraclium juniorem Imperatorem confugiunt; quo suadente, arma, ducem Porgam secuti, corripunt, hostemque patrio solo depellunt. Rebus deinde suis ex norma legum ab Sede Apostolica datarum, compositis, è popularibus suis Reges, Dalmatiæ, & Croatiæ titulis ornandos, legere incipiunt.

Qua hos notabis industria ? Resp.
his duobus versiculis.

Strogile, Sveiladum gignis; Sely-
mire, Mladinum;
Razimir Añonymos præiit; Sadi-
mirque secutus.

PERIODUS II.

Reges Christiani.

IN tres hanc classes dividam; ne
memoriam confundat Regum
prolixior numerus. I. Reges Chri-
stianos florentes, II. declinantes,
III. mixtos comprehendet.

CLASSIS I.

Reges Florentes.

QUOS hinc flores legis ? Resp.
Budimirus doctus, & pius
Princeps; cum purpura fidem Ca-
tholicam operâ Constantij Tessalo-
nicensis suscipit. Legatos ad Joan:
IV. summum Pontif. mittit; & vi-
cissim accipit, à quibus Ecclesia-
stico ritu in Regem ungitur. *Apo-
stoli* nomen, ob rem Christianam
ingenti studio promotam, *Comme-
ritus.*

ritus. Regnum totum in varias dynastias fecernit; iisque Tribunos, idiomate patrio dictos *Bojanos*, præficit: hinc *Banorum* nomen originem duxit. m. an. 681. *Svetolicus* (Latine *Sanctulus* diceret) paternarum virtutum hæres, & æmulus m. an. 703.

SÆCULUM VIII.

V *Ladislaus* & corpore, & animo fortis; sed vitâ, & moribus patri, avôque dissimilis; venandi studiosissimus: dum quadam vice feram citato equo persequitur; ab eodẽ, in præaltam fossam præceps, opprimitur circa a. 709. *Polislaus* juvenis fortis patri sufficitur. Hunc, quia bella cum exteris nationibus gessit, Marulus in Epistola Illyrica, quam latinitate donavit, cum Attila conflixisse memorat. Sed error hic gravis est. Nam Attila an. 454, id est, 272. circiter annis ante Polislaum vitâ decessit: hic demum sine masculino hærede m. circa

circa an. 726. *Sebeslaus*, Polislai ex filia nepos, avo succedit. Gothos, Scodram in Albania obsidentes retundit; ac internecione delict; relictis duobus filiis, *Milivojo* & *Bladimiro* mor. circa an. 750, *Milivojus*, & *Bladimirus* partito inter se regno, tranquille imperant; sed illo post an. 12, vitâ sine hærede functo, in *Bladimirum* natum minorem omnia devolvuntur, qui tandem & ipse moritur circa annum 770. *Canimirus* divisa nuper à patre, & patruo regna conjunxit; præcedentium quoque Regum potentiam opibus æquavit: sed morum ejus asperitatem Croatæ non ferentes, ad armâ convolârunt: hos dum bello Rex persequitur; ab iisdem prælio victus occubuit circa an. 781.

Nibil his cum aliis paralelum?
Resp. Ungariæ, Dalmatiæ & Croatiæ regna sub unam olim coitura Coronam, simillima habuere ad fidem orthodoxam Conversionis—
ini-

initia. Ut enim Geyza, Ungarorum primus, Christum agnovit; aliis non persuasit. Stephanus, ejus filius Legatos ad summum Pontificem misit; & vicissim cum Regio diademate Româ missos recepit; totum Ungariæ Regnum, operâ potissimum D. Adalberti Præsulis Christo subjecit; hinc *Apostoli* nomen consecutus: filium denique *Americum* habuit, terrestrem Angelum, sed in Regno successorem *Petrum*, hominem perditum, & ab majorum gloria prorsus degentem; ita Sadimirus primus quidem Croatiae Principum Christo nomen dedit; suorum tamen neminem ad idem faciendum induxit: Budimirus verò filius, postquam & per Legatos se Romanæ Ecclesiæ subditum professus fuisset; & ab Honorio Cardinale, nomine summi Pontificis insignia regni accepisset; ea demum, adhibitâ piâ S. Constantii industriâ, præstitit, quæ & ipsi Regnorum suorum *Apostoli*

ſoli nomen meritò peperere : *Filium* denique *Svetolicum*, virtutibus ſibi non imparem, habuit; ſed *Vladislaum*, alterum in regno ſucceſſorem, valde improbum naſtus.

CLASSIS II.

Reges Declinantes.

Quatuor *Canimiri* *Succeſſores*, *Tardislaus*, ſeu *Tverdislaus*, *Oſtrivojus*, vel *Oſtrivorius*, *Tolymirus*, aliis *Zolymirus*, & *Pribislaus* (quidam *Tribislaum* dicunt) alter alteri ſuccedentes, annis 40. renârunt; nec tamen quidquam aut regio nomine, aut dignum memoria leguntur feciſſe. *Pribislaum* excipe; quicum crudelis in ſuos, à *Myſiis*, qui nunc *Bosnenses* creduntur eſſe, interficitur. *Occiſi* *Cadaver* in profluentem abjectum, ſit præda piſcium circa an. 821. *Cepimirus* paternæ cædis authores è medio ſuſtulit; *Germanorum*, *Iſtriam* populantium, prælio victor mor. circa an. 846. *Svetoslaus*,
Prin-

Princeps mansuetus, & comis; sed ideo minùs gratus popularibus, quòd nimio ductus amore filii, eidem regni habenas gubernandas tradiderit. m. circa an. 859. *Radoslaus*, parens optimus pessimi filij : à quo regno exutus, ne vitâ quoque privaretur, fugâ sibi consuluit. Cùmque impius *Seislaus* (hoc filio nomen) à persequendo non desisteret, ægrè tandem ad maris scopulum, littori propinquum, natatu evadit, scopulòque *Radoslai* petreæ nomen imponit. Tandem à prætereunte fortè navì exceptus, & in Apuliam delatus, Romam proficiscitur: ubi non multò pòst inhumanam, sed tantis criminibus debitam filii mortem audiens, regnum suum repetit, in eòque moritur an. 875.

Seislaus ex sceleribus omnibus conflatum monstrum, vivo adhuc patre solium prensat. Crudelis in subditos; sacrorum contemptor: hinc palam tyrannus, & apostata di-

dictus. Offensus ab eo Belitus, Croatiae Banus, à Radoslao patre deficit; sed brevì post à Rege victus, fugâ cum paucis vix elabitur; ceteris, ad officium revocatis, venia data. Hæc parentis clementia filium in extremam rabiem egit. Centuriones, quotquot potest, sub signa cogit, patrémque (ut paulò antè vidimus) regno ejicit. Regnum Sacrilegio partum, dementiâ tuetur: Vidum inter Pannonios Principem, opibus, & authoritate potentem, inter venandum crudeliter enecat. Sed tantis flagitiis femina modum posuit. Vidi enim uxor, supra sexum fortis, Scislaum rursus venantem, paulò post adoritur; vinculis onerat, naso auribusque truncat; Contumeliis, & Convitiis vulgi exponit; ac tandem toto savi flumine scelus absorberi præcipit; ut qui patrem ad aquas compulerat, aquis præfocaretur. An. 870.

CLASSIS III.

Reges Mixti.

Reliquerat quidem Radoslaus Colomanum filium; sed ne Patri succederet, obstitere Procerum discordiæ, & regni status, qui capite valido indiguit.

Branimirus igitur omnium consensu Rex acclamatus, illico se D. Petri subditum per Legatos professus. Regias ejus virtutes Joann. VIII. sum. Pontif. in datis ad illum Apostolicis litteris fusè commendat. m. an. 900.

SÆCULUM X.

Gostumilus Princeps insignis; optimi, sed unici filij, B. Ivani, Bohemicæ eremi incolæ genitor. m. an. 912. ab ejus morte rebus undique perturbatis Sudomirus, Dalmatiæ, & Croatiæ Banus regnum invadit; annisque duobus titulo Regis moderatur; quem sine prole mascula vitâ functum Interregnum

annorum 51. consequitur. *Cres-*
mirus Major, Principis Terpimiri
 filius, & sudomiri gener, à Proce-
 ribus interregni diuturnioris per-
 tæsis, in Regem tandem eligitur. —
 an. 965. Erat singulari in DEUM
 religione, ac pacis studio conspi-
 cuus. m. an. 994. *Dircislaus* cum
Cresimiro fr. natu majore de regno
 contendit; eidemque jura primo-
 geniti eripit. Hoc regnante Ve-
 neti Dalmatiam in tutelam acci-
 piunt. m. sinè liberis an. 1000.

SÆCULUM XI.

Cresimirus II. vivo etiam tum fra-
 tre à plerisque Dalmatis pro Re-
 ge agnitus; sed eo mortuo, factio-
 nibus divisa regna conjungit. Vi-
 detur iste Venetos contra *Dircis-*
laum fratrem in auxilium vocasse.
 Nam horum Duci, Petro Urseolo
 in Dalmatiam, ut ejus curam susci-
 peret, venienti, Stephanum filium
 in obsidem tradiderat. Hjus tem-
 pore S. Stephanus R. H. C. *Cheanum*,
 Scla-

Sclavoniæ Regem, in celebri pugna captum cœdi iussit; filiam verò Cresimiri Emerico filio despondit. *Stephanus* patris apud Venetos obses, & in regno Successor m. an. 1052. *Cresimirus III.* dictus Petrus, in privilegiis Monasterio S. Chrysogoni Jadræ datis, *regnum suum ab omnipotente DEO terrâ, marique prolongatum* commemorat; & in iisdem patris sui Stephani, Avi Cresimiri, Patrui Dircislai, ac Proavi Cresimiri Majoris, Regum præcedentium, memoriam cum laude celebrat. m. an. 1073. *Slavix* vel *Slavizo*, regnum diversis Banorum factionibus perturbatum adit, quo turbine & ipse intra breve tempus, ab Comite Amico captus, involvitur circa an. 1074. *Zvonimirus*, vocatus *Demetrius* an. 1075. millennis adhuc turbis inquietum regnum obtinuit; alteróq; mox año per Gregorij VII. Legatos apparatu solenni Rex inauguratur. Singularis in eo sedis Apostolicæ ob-
fer-

fervantia, studium pacis, aliæque
regiæ virtutes eluxere. Restitutâ
ditionibus suis pristinâ tranquill-
tate, & acceptâ in matrimonium
S. Ladislai R. H. Sorore, felix, si
quisquam alius, in regendo fuit.
Decedens tamen sinè liberis Re-
ginam hæredem instituit an. 1082.
Stephanus II. (legitimus Cresimiri
Petri; an Zvonimiri nothus filius?
incertum) certiora ex Joan. Lu-
cio sequentia : regio *Patrum, A-*
vûm, Proavûmque exaltatur in folio,
sic ipsemet in suo privilegio, quo
scriptum quoddam nuper defuncti Re-
gis Zvonimiri, Monialibus S. Be-
nediti Spalati datum confirmat;
testatum voluit : sed regnum in
partes conscindit ; dum una illi,
altera relictæ Zvonimiri viduæ
adhæret. Hinc turbæ : ob quas
ista ad Ladislaum Fr. R. H. per
Legatos recurrere cogitur. Nec
illi diu molestus rivalis fuit ; bre-
vem vitam, nullo relicto hærede
clausit, Reginam in totius regni
O quæta

quæta possessione relinquens.
 Quæ tandem & ipsa moriens, Fr.
 Ladislaum regnorum suorum hæ-
 redem instituit anno 1091. atque
 ita Dalmatiæ, & Croatiæ regna ad
 Ungariæ Coronam venêre.

*Quæ tot peregrina Regum nomina me-
 moriæ insculpes ? Resp. Cœptos ver-
 sus prosequar.*

Budimir, & Svetolic, Vladis- Po-
 lisque-Sebeslaûs,

Tum Budimir, Canimírque venit;
 sit laus- quoque Turdis,

Ostrivojus, Tolimir, Pribis-, Ce-
 pimírque Severus.

Est Svetos-, Radósque- pater, gna-
 túsque Seislaûs.

Branmire, Gostumili genitor—;
 quem Cresmire Major

Excipis in folio : te, Dircesilaë,
 secundus

Cresmir, ac Stephanus, Petrus—
 Cresmírque sequuntur :

Hiscæ Slavix, Zvonimirque subit,
 Stephanúsque. nec ultra.

Unde

Unde hanc petes Historiam. Resp.
Ex Joan. Lucio, Joan. Tomco.
Ludov. Tuberone, Georgio Rat-
kai &c.

AD LECTOREM.

*PR*æter Historiam Ecclesiasticam Chrono-
logiam, profanæ quoque magnam
hic partem desiderari vides, Amice Le-
ctor. Sed parce: nostrum consilium
fuit Mensem Chronologicum, in
duas hætenus partes distractum, unico
libello in magnam Studiosæ Juventa-
tis commodum recudere, atque Chro-
nologia duntaxat Ungaria, Dalmatia,
& Croatia augere. Ne ultra audere-
mus, Authoris reverentia; ne posse-
mus, temporis angustia, occupationum
congeries, librorum Historicorum ino-
pia, & quæ non alia? effecere.

Subjicimus tamen (ut, quæ nostra
desideria fuerint, intelligas) Regum
præterea nonnullorum, ac Principum
nudam Seriem, in qua numerus appo-
situs

situs diem obitus, vel certè gubernij finem denotat; Spe interim minimè dubià nos lactantes, non defuturum brevè quempiam historicæ eruditionis eum in se, tum in aliis amantem, qui iis, quæ nos retinent; expeditus, hos & plures alios in suas Lectiones, Periodos, atque Sæcula ritè discernat.

Reges Bohemiæ.

- | | |
|----------------------|--------------------------------|
| 1. Vratislaus m. | Tyrol. 1309. |
| 1093. | |
| Interregnum I. | 10. Joan. Lucemburg. 1346. |
| 2. Premislaus II 126 | 11. Carolus IV. Imp. |
| Interregnum II. | 1378. |
| 3. Vladislaus II 178 | 12. Wenceslaus IV. |
| 4. Premislaus II. | Imp. 1419. |
| 1231. | 13. Sigismundus |
| 5. Wenceslaus I. | Imp. 1437. |
| 1252. | 14. Albertus II. |
| 6. Othocarus 1280. | Imp. 1439. |
| 7. Wenceslaus II. | 15. Ladislaus Alberti F. 1458. |
| 1305. | |
| 8. Wenceslaus III. | 16. Georg. Podjebradus exauct. |
| occis. 1306. | |
| 9. Henricus Com. | 1471. |
| | 17. Mat. |

- | | |
|--|--|
| 17. <i>Matthias Huniades</i> 1490. | <i>Austr. Imp.</i> 1564.
<i>Ab hoc deinceps</i> |
| 18. <i>Ladislaus Casimiri Polon. R.</i> F. 1516. | <i>ad Casares Austria-</i>
<i>cos hoc Regnum</i> |
| 19. <i>Ludovicus R.</i> H. occub. 1526. | <i>transiit, in iisque</i>
<i>hodie dum feliciter</i> |
| 20. <i>Ferdinandus</i> | <i>perseverat.</i> |

Reges Poloniae.

- | | |
|-------------------------------------|------------------------------------|
| 1. <i>Boleslaus m.</i> 1025. | 11. <i>Lescus Albus</i> 1227. |
| 2. <i>Mesco</i> 1034. | 12. <i>Vladislaus III.</i> 1232. |
| 3. <i>Casimirus</i> 1058. | 13. <i>Henricus</i> 1238 |
| 4. <i>Boleslaus II.</i> 1082. | 14. <i>Vladislaus IV.</i> 1239. |
| 5. <i>Vladislaus Princeps</i> 1102. | 15. <i>Henricus II.</i> Pius 1242. |
| 6. <i>Boleslaus III.</i> 1139. | 16. <i>Premisl.</i> 1259. |
| 7. <i>Vladislaus II.</i> 1145 | 17. <i>Boleslaus V.</i> Pius 1279. |
| 8. <i>Boleslaus IV.</i> 1173. | 18. <i>Boleslaus VI.</i> 1279. |
| 9. <i>Mieceslaus</i> 1177 | |
| 10 <i>Casimir. II.</i> 1194 | |

19. Lescus Niger 1289.	30. Sigismundus 1548.
20. Wencesl. 1295	31. Sigismundus II. Augustus 1571.
21. Premislaus II. 1296.	32. Henricus III. 1574.
22. Vladislaus V. 1333.	33. Stephā. Bathor. 1586.
23. Casimirus III. 1370.	34. Sigismund. III. Suecus 1632.
24. Ludov. Ungarus 1384.	35. Ladislaus obiit 1648.
25. Hedwig & Ja- gello 1434.	36. Casimir. V. ab- dicat se an. 1668
26. Vladislaus VI. Junior 1444.	37. Michaël Kori- buth mor. 1673.
27. Casimirus IV. 1492.	38. Joan. II. Sobie- zki obiit 1696.
28. Joan. Albertus 1501.	39. Fridericus Au- gust. Elector Sa- xoniæ, electus a. 1697.
29. Alexander 1506.	

Reges Daniæ.

- | | |
|---------------------------|--------------|
| 1. Dan I. Rex Da-
niæ. | 2. Humblus. |
| | 3. Lotherus. |
| | 4. Skio- |

- | | |
|-----------------------|----------------------|
| 4. Skiolus. | 30. Haraldus. |
| 5. Gramus. | 31. Froto V. |
| 6. Suthdagerus. | 32. Haraldus II. |
| 7. Guthorinus. | 33. Haldanus II. |
| 9. Haddingus 2960 | 34. Unguinus. |
| 9. Froto. | 35. Sivaldus I. |
| 10. Haldanus. | 36. Sigarus. |
| 11. Roë. | 37. Sivaldus II. |
| 12. Helgo 3130. | 38. Haldanus III. |
| 13. Rolpho. | 39. Haraldus III. |
| 14. Rotherus. | 40. Hetha, puella. |
| 15. Roricus. | 41. Olo Vegethus. |
| 16. Wicletus. | 42. Ouwundus. |
| 17. Wermannus. | 43. Sivardus. |
| 18. Uffo Gigas. | 44. Berthlus. |
| 19. Dan II. | 45. Jamericus. |
| 20. Hucletus. | 46. Brodenus. |
| 21. Froto II. | 47. Siwaldus. |
| 22. Dan III. | 48. Snio. |
| 23. Fridlevus. | 49. Biornus. |
| 24. Froto III. 3965. | 50. Haraldus IV. |
| 25. Hiarnus Poëta. | 51. Gormo. |
| 26. Fridlevus II. | 52. Gotricus. 803. |
| 27. Froto IV. A.C. 77 | 53. Olavus 811. |
| 28. Ingellus. | 54. Henningus 815. |
| 29. Olavus. | 55. Sivardus II. 818 |
| | 56. Rin- |

- | | | | |
|---------------------|-------|--------------------|-------|
| 56. Ringo | 819. | 74. S. Canutus IV. | |
| 57. Regnerus Loch- | | | 1088. |
| brod | 831. | 75. Olavus Fame- | |
| 58. Ubbo Spurius | | licus | 1095. |
| | 832. | 76. Ericus III. | 1102. |
| 59. Sivardus III. | | 77. Nicolaus | 1134 |
| 60. Ericus. | | 78. Ericus IV. | 1139 |
| 61. Ericus II. | 850. | 79. Ericus V. | 1149 |
| 62. Canutus. | | 80. Sueno III. | 1160 |
| 63. Froto VI. | | 81. Waldemarus | |
| 64. Gormo II. | | | 1184. |
| 65. Haraldus V. | | 82. Canutus V. | |
| | 901. | | 1202. |
| 66. Gormo III. | 931. | 83. Waldemarus | |
| 67. Haraldus VI. | | II. | 1242. |
| | 980. | 84. Ericus VI. | 1250 |
| 68. Sueno | 1014. | 85. Abel. | 1252. |
| 69. Canutus II. Ma- | | 86. Christophorus | |
| gnus | 1036. | | 1259. |
| 70. Canutus III. | | 87. Ericus VII. | |
| Durus | 1041. | | 1286. |
| 71. Magnus | 1046. | 88. Ericus VIII. | |
| 72. Sueno II. Lex | | | 1321. |
| Angilis | 1074. | 89. Christophorus | |
| 73. Haraldus VII. | | II. | 1333. |
| | 1076. | | |

- | | |
|------------------------------------|--|
| 90. Waldemarus
III. 1340. | 98. Fridericus
1533. |
| 91. Waldemarus
IV. 1375. | 99. Christianus III.
1559. |
| 92. Margaretha
1415. | 100. Fridericus II.
1588. |
| 93. Ericus IX. ex
Germanis 1439 | 101. Christianus
IV. 1648. |
| 94. Christophorus
III. 1448. | 102. Fridericus III.
Rex hereditari-
us, obiit 1670. |
| 95. Christianus
1482. | 103. Christianus V.
obiit 1691. |
| 96. Joannes 1513. | 104. Fridericus
IV. successit. |
| 97. Christianus II.
1522. | |

Reges Succæ.

- | | |
|-----------------------------|---|
| 1. Siebtrugus An.
Mundi. | 8. Hotbrodus 3132. |
| 2. Gram. | 9. Athislus. |
| 3. Snibdragerus. | 10. Hotherus. |
| 4. Masmundus.
2960. | 11. Athislus II. In-
terregnum usq;
ad Augustum
Imperatorem. |
| 5. Uffo. | 12. Alricus. |
| 6. Hundingus. | 13. Ericus. |
| 7. Regnerus. | |

- | | |
|--|--------------------------------|
| 14. Haldanus. | 32. Ostentis. |
| 15. Siwardus. | 33. Sturbionus. |
| 16. Ericus II. | 34. Ericus IV. |
| 17. Haldanus II. | 35. Olanus. |
| 18. Unguinus. | 36. Edmundus. |
| 19. Siwaldus. | 37. Stinckel. |
| 20. Alvarus. | 38. Halstinus. |
| 21. Jugo. | 39. Amander. |
| 22. Ingellus. | 40. Aquinus. |
| 23. Ringo. | 41. Magnus. |
| 24. Gotharus. | 42. Suerco. |
| 25. Jarmericus, in-
de communes cum
Danis. | 43. Carolus. |
| 26. Pio post 300.
an. 803. | 44. Suerco II. |
| 27. Herotus. | 45. Joannes. |
| 28. Sorbius. | 46. S. Ericus V. 1150 |
| 29. Biornus primus
Rex Christianus
conversus ad fi-
dem Roman. o-
perâ S. Ansga-
rii. | 47. Canutus 1168. |
| 30. Wichserus. | 48. Ericus VI. 1222 |
| 31. Ericus III. | 49. Ericus VII. 1249 |
| | 50. Waldemarus. |
| | 51. Magnus II. |
| | 52. Birgerus. |
| | 53. Magnus III.
1326. |
| | 54. Magnus IV. |
| | 55. Magnus V.
Schmech 1374. |
| | 56. Al- |

- | | |
|------------------------------------|--|
| 56. Albertus Me-
chelb. 1412. | 1592. |
| 57. Margaretha—
1412. | 67. Sigismundus
Polonie hæres
1602. |
| 58. Ericus VIII.
Pomeran. 1439. | 68. Carolus corona-
tus 1607. |
| 59. Christophorus—
1448. | 69. Gustavus Adol-
phus occidit 1632 |
| 60. Carolus II. Sue-
cus 1470. | 70. Christina abdi-
cat se 1654. |
| 61. Christianus 1482 | 71. Carolus IV.
Gustavus 1679. |
| 62. Joan. II. 1513. | 72. Carolus V. Ca-
roli Gust. filius
obiit 1697. |
| 63. Christianus II.
1532. | 73. Carolus VI. co-
ronatus. 1682. |
| 64. Gustavus Trol-
le 1560. | 24. Jun. successit
1697. |
| 65. Ericus IX. de-
jectus 1576. | |
| 66. Joannes III. | |

Reges Scotiæ.

- | | |
|--------------------------------------|-------------------------------|
| 1. Fergusius Primus
Seotorum Rex. | 4. Dornadilla reg.
an. 28. |
| 2. Feritharis regn.
an. 15. | 5. Nothatus r. a. 20 |
| 3. Mainus r. a. 29. | 6. B. Rheuderns r.
an. 26. |

7. Reni-

- | | |
|----------------------|--------------------|
| 7. Reuter R. depos. | 31. Findocus. |
| 8. Thereus r. a. 12. | 32. Donaldus II. |
| 9. Josina r. an. 24. | 276. |
| 10. Finnarus. | 33. Donaldus III. |
| 11. Dructus. | 34. Crathilinthus. |
| 12. Evenus. | 35. Fincormachus. |
| 13. Gillus. | 36. Romachus. |
| 14. Evenus II. | 37. Angustianus. |
| 15. Egerus. | 38. Fethelmachus |
| 16. Evenus III. | 377. |
| 17. Metellanus | 39. Eugenius. |
| A. C. 31. | 40. Fergusius II. |
| 18. Carataeus 51. | 424. |
| 19. Corbredus 69. | 41. Eugenius II. |
| 20. Dardanus 73. | 452. |
| 21. Corbredus II. | 42. Dongard. 457. |
| 108. | 43. Constantinus |
| 22. Luctacus. | 479. |
| 23. Mogaldus 174. | 44. Congallus 501. |
| 24. Conatus. | 45. Gorannus. |
| 25. Ethodius. | 46. Eugenius III. |
| 26. Sathraël. | 558. |
| 27. Donaldus 219. | 47. Congallus II. |
| 28. Ethodius II. | 568. |
| 29. Athirco. | 48. Kinnatellus |
| 30. Natbalocus. | 569. |
| | 49. Aida- |

- | | |
|--------------------|----------------------|
| 49. Aidanus 604. | 68. Alpinus. |
| 50. Kennetus. | 69. Kennetus II. |
| 51. Eugenius IV. | 70. Donaldus V. |
| 626. | 858. |
| 52. Ferchardus I. | 71. Constantinus II. |
| 635. | 72. Ethus Alipes |
| 53. Donaldus IV. | 875. |
| 649. | 73. Gregorius Ma- |
| 54. Ferchardus II. | gnus 892. |
| 678. | 74. Donaldus VI. |
| 55. Malduinus 688 | 75. Constantin. III. |
| 56. Eugenius V. | 76. Milcolumbus. |
| 697. | 77. Indalphus. |
| 57. Eugenius VI. | 78. Duffus 978. |
| 58. Amberklettus. | 79. Culennus. |
| 59. Eugenius VII. | 80. Renethus. |
| 721. | 81. Constantin. IV. |
| 60. Mordacus. | 82. Grimus 1003. |
| 61. Ersinus. | 83. Milcolumb. II. |
| 62. Eugenius VIII. | 84. Donaldus VII. |
| 794. | 85. Machetus. |
| 63. Fergusius III. | 86. Milocolumbus |
| 64. Solmathius. | III. |
| 65. Achaim. | 87. Donaldus VIII. |
| 66. Congallus. | 88. Duncarn. |
| 67. Dongallus 830. | 89. Edgarus 1107. |
| P | 90. Ale- |

- | | |
|----------------------|----------------------|
| 90. Alexander. | 105. Jacobus IV. |
| 91. David. | Stuart. 1513. |
| 92. Milcolumbus | 106. Jacobus V. |
| IV. | Stuart. 1542. |
| 93. Guilielmus 1214 | 107. Henricus VIII. |
| 94. Alexander II. | 1567. |
| 95. Alexander III. | 108. Jacobus VI. |
| 96. Joannes Billio- | Stuart. 1625. |
| lus. | 109. Carolus Jaco- |
| 97 Robertus Brussius | bi filius, decolla- |
| 1329. | tus 1649. |
| 98. Edoardus Bil- | 110. Carolus II. an. |
| liolus. | 1660. in Regna |
| 99. David II. Brus- | revocatus, obiit |
| fius 1370. | 1685. |
| 100. Robertus II. | 111. Jacobus VII. |
| Stuartus 1390. | exul, obiit in |
| 101. Joan. II. Stu- | Gallia 16. Sept. |
| artus 1406. | 1701. |
| 102. Jacobus Stuart. | 112. Wilhelmus, |
| 1437. | Dux Auriacus, |
| 103. Jacobus II. | coronatus 1689. |
| Stuart. 1460. | obiit 1701. |
| 104. Jacobus III. | 113. Anna corona- |
| Stuart. 1488. | ta 1702. 4. Maj. |

S. R. I. Electores.

Sæculares duntaxat Electores Principes hîc recensemus : quia Ecclesiasticos in profanæ historiæ Chronologia proponere non audemus. Et quoniam de Electoribus Bohemiæ Regibus paulô suprâ dictum, nunc soli Duces in ordine veniunt.

S. R. I. Electores Bavarici.

Ex Constitutione Pacis Noviomagensis.

- | | | |
|--------------------------------------|--|--|
| 1. Maximilianus
obiit an. 1651. | | 3. Maximilianus
Emanuel successit,
1680. |
| 2. Ferdinandus
Maria, obiit 1679. | | |

S. R. I. Electores Palatini.

- | | | |
|--|--|--|
| 1. Sigefridus è Du-
ce Lotharingia
Mosellanica, o-
biit an. 1101. | | 3. Henricus Heze-
lonis filius. |
| 2. Henricus cogn.
Hezelo, donatus etiâ
Bavariæ Ducatu. | | 4. Conradus Fran-
conia Dux. |
| | | 5. Conradus Fride-
rici Imp. frater,
Dux Suevia. |

6. Henricus Guelpho, obiit 1228.
7. Ottho Wittelsbachius, obiit 1253.
8. Ludovicus Severus, obiit 1294.
9. Rudolphus filius Ludovici, obiit 1319.
10. Adolphus Rudolphi frater.
11. Rudolphus Adolphi frater, obiit 1327.
12. Rupertus I. obiit 1385.
13. Rupertus II. Adolphi filius, obiit 1398.
14. Rupertus III. filius 2. postea Imperator.
15. Ludovicus II. Ruperti Imp. filius, obiit 1409.
16. Ludovicus III. filius 2. obiit 1451.
17. Philippus Ingenuns, filius Ludovici III. obiit 1508.
18. Ludovicus Pacificus Philippi filius, obiit 1544.
19. Fridericus Pius, obiit 1556.
20. Ottho Henricus obiit 1559.
21. Fridericus Simerensis, obiit 1576.
22. Ludovicus Friderici filius, obiit 1583.
23. Fridericus IV. filius Ludovici, obiit 1611.
24. Fridericus Rex Bohemiae, exautoratus.
25. Carolus Ludovicus

- | | |
|--|---|
| vicus Friderici
filius, obiit 1685 | obiit 1690. |
| 26. Philippus Wil-
helmus I. ex Do-
mo Neoburgica, | 27. Joannes Wil-
helmus II. ex
Domo Neobur-
gica, succes. 1690 |

S. R. I. Electores Saxoniae.

- | | |
|---|--|
| 1. Bernardus Her-
manni Bilingi
frater, Dux An-
gria, Elector I.
an. 998. creatus | tharij filia Elect.
obiit 1136. |
| 2. Bernardus frat.
obiit 1063. | 7. Henricus Leo,
Superbi filius,
incomparabilis
heros, obiit 1195 |
| 3. Ottolphus Ber-
nardi II. filius,
obiit 1073. | 8. Bernardus Al-
berti Urfi Elect.
Brandenburg. fi-
lius, obiit 1212. |
| 4. Magnus, obiit
1106. | 9. Albertus I. Ber-
nardi filius, obiit
1260. |
| 5. Lotharius, Co-
mes Querfur-
tensis post Imper.
obiit 1137. | 10. Albertus II.
Alberti filius, o-
biit 1311. |
| 6. Henricus Super-
bus, Guelpho,
ducta unica Lo- | 11. Rudolphus I.
Alberti filius:
obiit 1356. |

- | | |
|---------------------|---------------------|
| 12. Rudolphus II. | obiit 1532. |
| obiit 1370. | 20. Joan. Frider. d |
| 13. Wenceslaus , | Carolo V. exau- |
| Rudolphi frater, | ctoratur 1547. |
| obiit 1388. | 21. Mauritius— |
| 14. Rudolphus III. | obiit 1553. |
| obiit 1402. | 22. Augustus obiit |
| 15. Albertus III. | 1586. |
| obiit 1422. | 23. Christianus I. |
| 16. Fridericus Bel- | obiit 1591. |
| licosus , primus | 24. Christianus II. |
| ex Misnensi li- | obiit 1611. |
| nea electus 1423 | 25. Joannes Geor- |
| obiit 1428. | gins fratri succes- |
| 17. Fridericus Pla- | sit. obiit 1694. |
| cidus , obiit— | 26. Fridericus Au- |
| 1464. | gustus fratri suc- |
| 18. Fridericus Sa- | cessit, 1694. Rex |
| piens , obiit— | Polonia electus, |
| 1480. | 1697. |
| 19. Joannes frat. | |

S. R. I. Electores Brandenburgici.

- | | |
|-------------------|---------------------|
| 1. Hugo , Comes— | 2. Theodoricus , ex |
| Wethinensis obiit | fratre nepos , |
| Anno 1001. | pulsus ab Obo- |
| | nitis |

nitis obiit
1009.

3. Sigfridus, Marchio Stadenſis.

4. Ottho Sigfridi frater, obiit 1085

5. Ottho Junior, prioris filius.

6. Rudolphus, frater Otthonis.

7. Rudolphus II. filius I.

8. Albertus Urfus, Comes Aſcania, obiit 1169.

9. Ottho Albus filius, obiit 1198.

10. Ottho II. primi filius, obiit 1206.

11. Albertus, Ottho nis frater, 1221.

12. Joannes I. obiit 1266.

13. Ottho III. frater Joannis obiit 1267.

14. Joannes II. primi frater, obiit 1283.

15. Ottho IV. Joannis II. frater, obiit 1298.

16. Conradus I. Joannis filius, obiit 1304.

17. Joannes III. Conradi filius.

18. Waldemarus I. Joannis frater.

19. Waldemarus II. primi nepos.

20. Joannes IV. obiit 1322.

21. Ludovicus Bonus Lud. IV. Imp. filius, obiit 1361

22. Ludovicus II. obiit 1369.

23. Ottho Lud. fr. obiit 1379.

24. Carolus IV. poſt Imp.

- | | |
|---|---|
| 25. Sigismandus
Caroli filius, po-
stea Imperator. | nis filius', obiit
1535. |
| 26. Jodocus Mora-
via Marchio. | 32. Joachim II.
obiit 1571. |
| 27. Fridericus—
Burggravius No-
rimberg. ob. 1440 | 33. Joannes Geor-
gius obiit 1598. |
| 28. Fridericus II. fi-
lius I. obiit 1470 | 34. Joachim Fride-
ricus, obiit 1608 |
| 29. Albertus, di-
ctus Achilles Ger-
man. obiit 1486. | 35. Joan. Sigismun-
dus, obiit 1619. |
| 30. Joannes II. Al-
berti filius, obiit
1499. | 36. Georgius Wil-
helm. obiit 1640. |
| 31. Joachim, Joan- | 37. Fridericus Wil-
helm. obiit 1688 |
| | 38. Fridericus III.
successit, 1688. |

S. R. I. Electores Brunswigo-Lu-
neburgici.

- | | |
|---|---|
| 1. Ernestus Augu-
stus Electoratu
nono solemniter
dignatus Anno
1692. 9. Decem- | bris, obiit Anno
1698. 3. Febr. |
| | 2. Georgius Ludo-
vicus successit, an.
1698. 3. Febr. |

F I N I S.

* * * * *



